



## Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

## Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

- + *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
- + *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
- + *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
- + *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertarti di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

## Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da <http://books.google.com>



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### **Usage guidelines**

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### **About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

A. Lat. b.

2088

C<sup>t</sup>

Vegetius

A. lat. b. 2088 c



<36632029790015

3

<36632029790015

Bayer. Staatsbibliothek



FLAVII VEGETI RENATI

EPITOMA REI MILITARIS.

RECENSUIT


CAROLVS LANG.



LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI.

MDCCCLXVIII.



LIPSIÆ: TYPIS B. G. TEUBNERI.



**J. CHR. F. BAEHRIO**

**GRATO ANIMO**

**s.**



## PRAEFATIO.

*Flauium Vegetium Renatum ampliozem in militia gradum obtinuisse non solum ex ipso, quo innotuit, opere perspicitur sed etiam codicum auctoritate firmatur, qui 'inlustris (ill.) uiri' et 'comitis' dignitatem illi attribuant. Eundem christianum fuisse ex compluribus locis, quos apud ipsum legas (p. 4, 3. 37, 16 sq. 72, 18. 151, 18, 19. 158, 12), satis elucet. Contra Romanum fuisse Vegetium, quamquam dicendi ratione, qua usus est, totiusque libelli condicione probari uidetur, pro certo tamen non potest de-  
finiri\*). De nomine autem auctoris nostri illud est monendum, 'Vegati' formam, quae passim in optimis codicibus adstipulante antiquissimo (VII. saeculi) excerpto Vaticano (Vat. Reg. 2077; cf. Mommsen Hermes I. (a. 1866) p. 130—133) nullam, unice ueram 'Vegeti' esse: haec enim sola cum in epigraphicis monumentis reperitur (Grut. 817. Murat. 1762) tum in ipsa operis inscriptione ab omnibus codicibus antiquis agnoscitur; deinde, ut 'Vegatium' prorsus respuamus, amplectamur 'Vegetium', deriuandorum propriorum nominum ratio\*\*) maximopere suadet; locupletissimus uero*

\*) Cf. Fabricii bibl. lat. ed. Ernesti III p. 173; Schwebel. (1767) praef. p. 4. Comitem Constantinopolitanum Nostrum diserite dicunt Harleianus 2551 (XIV. s.) Vat. 2193 (XIV. s.) Vat. 4494 (XIV. s.) In recentioribus aliquot codicibus comes 'Etylius' uel 'Etolius' uel 'Atilius' Vegetius nominatur (cf. Vat. Reg. 1512 (XIV. Saec.) et unum ex Bodleianis (b. canonic. Nr. 274. XV. saec.)). Illud uero 'Etylii' ex male lecto V. C. ET ILL. (i. e. uiri comitis et illustris) — id quod Librianus codex 1028 (uide infra) XI. (immo XII.) saec. in operis indice praebet — quin natum sit, non dubito.

\*\*) Vt flauus — Flautus, nouus — Nouius, septimus — Septimius, ita uegetus — Vegetius.

testis est Prisciani locus (*Inst. lib. III, 21, p. 97. Hertz: cf. p. 23, 19 nostrae Vegetii editionis*), ubi quas codices praebent lectiones 'uegitius, uegitus, uegetus, uigitus'\*) ei formae, quam quidem unam probauimus, mirum quantum fauere negari nequit.

Iam uero, qua aetate Vegetius uixerit, quaeritur. Quam ad rem peruestigandam id maxime ualere consentaneum est, ut, cuinam imperatori (cf. p. 32 et 33) Noster operis sui primum librum obtulerit eiusdemque iussu conscripserit reliquos, accuratius disceptetur. Et sunt quidem certi fines, intra quos concipientibus nobis licet uagari; neque enim ante a. 384 Vegetius epitomam suam rei militaris composuit (cf. p. 21, 6 'diuo Gratiano († 383)) et ante a. 450 Vegetii opus peruulgatum fuit (cf. subscriptionem, quam ad quarti libri calcem e codicum genus exhibet 'Fl. Eutropius emendauit sine exemplario Constanti-nopolim consul. Valentiniano Augusto VII. et Auieno'\*\*) (codd. 'Abieni' et 'Abieno'); qui est annus 450). Fuerunt autem intra hos sexaginta sex annos imperatores Valentinianus II. († 392), Theodosius I. († 395), Honorius et Arcadius, Theodosius II. (408—450) et Valentinianus III. (425—455). Iam uero id mihi ante omnia exploratum uidetur, maximopere falli uiros doctissimos Gibbonem (*history of the decline etc. V 90*) et Richterum\*\*\*) (*das westræm. Reich etc. p. 666*), ut qui ad Valentiniani III aetatem Vegetium promoueant†). Neque minus Arcadium et Theodosium II. aspernandos operae pretium non est ut

\*) rh, manus alterae codicum RH, praebent 'Vegetius'; illam (r) ad IX. saec. pertinere opinatur Keil praef. p. X.

\*\*) De qua subscr. uide Ottonem Iahnium act. soc. Sax. a. 1851 p. 344 et Fr. Haasium 'de latinorum codicum manuscr. subscriptionibus comment.' (ind. lect. Vratislau. hibernarum anni 1860).

\*\*\*) Cautius Richter saeculo quinto omisso imperatoris nomine Vegetium adscribit.

†) Cf. 'Institutions militaires de Végèce' (Bourdonii de Sigras interpretatio Francogallica addita editioni Schwebeliana 1767) p. XIII. Vitiâ rei militaris, de quibus Vegetius conqueritur, ad totam illam aetatem pertinent.

demonstretur. At enim duo codices *IV* iique satis bonæ fidei 'ad theodosium imperatorem', nimirum *Th. I.* intelligentes, inscriptioni libelli adiciunt alibique (*D* quoque) agnoscunt. Sed, quin interpolatoris additamentum illud sit, nemo dubitabit, qui, quam infra accuratius aperiemus, naturam illorum codicum probe perpenderit; accedit, quod, cur illud imperatoris nomen, si genuinum fuisset, ab  $\epsilon$  cod. genere in tradendis rubris illo quidem sollicitissimo non fuerit cupidissime arreptum, uix potest intellegi. Verumtamen nescio an rectissime iste coniectauerit\*); certe prædicationes quaedam, quales in libello nostro leguntur — 'continuis uictoriis ac triumphis' p. 32, 2, 3, 'domitori omnium gentium barbararum' p. 32, 11, 'tanti principis' ibid. 14, 'huius felicitatis' p. 51, 1, 'cunctos imperatores felicitate\*\*') — præcedis' p. 127, 21, 'regni animique tui bona cernimus — quantum uel humana mens petere uel gratia potuit diuina conferre' p. 128, 1—5 incl., 'imperator inuicte' p. 5, 2. 28, 4. 32, 5. 63, 16. 123, 11. 149, 4. (cf. etiam 50, 15.) — quamquam ex ætatis illius more in quemuis alium imperatorem pertinere possunt, tamen in *Theodosium I.* potissimum cadere uidentur. Verum sunt etiam quaedam uerba, quæ derecto huius imperatoris indolem ac facta adumbrant; uerba enim 'Ab illis enim uel paucae uel singulae, a pietate tua innumerabiles urbes ita iugi labore perfectæ sunt, ut non tam humana manu conditæ quam diuino nutu uideantur natae' p. 127, 18 quamuis redoleant adulatorem, quamuis sequenti libro, qui est poliorceticus, quasi præludant, uide ne aliquid certi uerique in eis contineatur. Iam uero eam laudem nulli illorum imperatorum

\*) Cf. Baehr, röm. Literaturgeschichte, vierte Auflage III § 389.

\*\*') 'Moderatione castimonia exemplis indulgentiæ, studiorum amore', quas uirtutes, licet re uera magis in *Valentinianum II.* quadrent, *Theodosio* quoque, ut *Pacatum panegyricum* omittam, uindicat *Sexti Aurel. Victor. Epit. c. 48.* Si quem talia delectant, conferat *Latin. Pac. c. 11, 4* ('*Gothus — Hunnus — Alanus*') et c. 32, 4 ('*Gothus ille et Hunnus et Alanus*') cum *Nostri p. 21, 4;* *Latinus Theodosium* constanter appellat 'imperator' aut 'imperator Auguste' (cf. *Nostri p. 96, 19*).

uindicari posse arbitror, nisi Theodosio I., cuius praefectus Cynegius 'uniuersas prouincias longi temporis labe deceptas ad pristinum statum reuocauit' \*). Hoc unum est, cur nec de infelici illo Valentiniano II., sub quo uolgo Vegetius uixisse perhibetur\*\*), nec de Honorio\*\*\*) esse cogitandum crediderim.

Cum igitur de ipso imperatore, cui Vegetius libellum suum inscripserit, ex hoc certi nihil constet, Theodosium autem fuisse uerisimile saltem sit, restat, ut de duabus aliis ansis disseramus, quas nobis Vegetius ad definiendam dedit aetatem. Lib. I. c. 20 Gothorum mentionem facit. Si post a. 410 Vegetius scripsisset, nemo, qui libellum nostrum perlegerit, Romam per Gothos deletam eum illo loco non omissurum fuisse infitietur; 'tantae' autem 'urbes' quin ad Thraciam deuastatam pertineant, dubium non est, si modo confers ea, quae de Gratiano militiae neglegenti et Gothorum uictoriis a. 378 P. Diaconus et Ammianus Marcellinus narrant. Alterum subsidium ex uerbis p. 149, 7 'quia iam dudum pacato mari cum barbaris nationibus agitur terrestre certamen' captari posse quis credat, utpote ex quo loco cum Marcellini chronico sub anno 400, quo pugna naualis facta memoratur, comparato ante a. 400 Vegetium scripsisse efficiatur; sed cum Marcellini auctoritas minima sit, hinc nihil omnino colligendum censeo. Igitur artissimi, qua Vegetii epitomam conscriptam putemus, aetatis fines, si de imperatore rem integram relinqui-

---

\*) cf. Descriptionem consulum sub anno 388. Vide etiam Richteri l. l. p. 509: 'Theodosius that wenigstens das Mögliche um die Städte noch sicher zu befestigen', et Haenel corp. leg. anteiust. p. 229 et 233.

\*\*) Ad hoc usque tempus Valentiniani nomen in ipsis antiquis codicibus inscriptioni adiectum extare opinio fuit. At ante tertium decimum saeculum (cf. Bandin. IV 176) illud additamentum in codicibus repperit nullum. Mirum est quod in catalogo manuscriptorum a Libro surreptorum legitur p. 230: 'Perhaps the work was successstvely dedicated to both those emperors (Theodos. I and Valentin. II.)'. (!)

\*\*\*) Nihili facio quod 'polyptychorum' uox (p. 51, 17) in codice Theodosiano non nisi sub annis 400 et 401 occurrit.

mus, anni sunt 384—410, sin uero de Theodosio recte disputauimus, 384—395.

Scriptis autem Vegetius epitomam\*) rei militaris. Qui index ab ipsona Vegetio sit profectus, merito potest dubitari; nam, id quod iam supra indicauimus, eorum, quos nunc quattuor libros habemus, primus, 'libellus de dilectu atque exercitatione tironum' (p. 33, 1), a Vegetio imperatori suo oblatu est et post aliquod demum tempus ('dudum' p. 33, 2) reliqui eiusdem iussu a Nostro compositi sunt. Hinc etiam fusio rem illam (p. 29) libri primi subscriptionem codicum  $\epsilon DP$  nec non libri secundi praescriptionem codicum  $\epsilon D$  pendere opinor. Ut ut est, consentiunt optimi libri manuscripti in inscriptione 'epitoma rei militaris', et, ut hoc addamus, in quattuor non quinque\*\*) libris. Qui in hanc rem accuratius inquirere uolent, ad eorum usum singulorum a nobis adhibitorum codicum indices operis hic subiciemus.

*A*: Flauii Vegetii Renati Viri Inlustri(s) (per abbrev.) Comiti(s) Epithoma Rei Militaris liber III Incipiunt Feliciter.

*M*: Flauii Vegetii Renati Viri Inlustri(s) (abbr. ut in *A*) Comiti(s) Epithoma Rei Militaris liber N<sup>o</sup> (i. e. numero) III Incipit Feliciter.

*G*: Flauii Vegetii Renati Viri Inlustri(s). Comiti (sed haec uox postea erasa est) epithoma Rei Militaris Libri Num<sup>ri</sup> (—<sup>o</sup>2) III.

\*) 'Quod putat Barthius XXVII Aduers. et alibi Epitomen tantum librorum Vegetii atque adeo Epitomen Epitomes hodie superesse, minus uerisimile uidetur. Et nescio quomodo ille uir doctissimus nimis acutus erat in olfaciendis usquequaque Epitomis.' Fabric. l. l.

\*\*) Antiquissimus eorum codicum, qui diserte quinque libros agnoscunt, est unus ex Laurentianis partim ad XIII. partim ad XIV. saeculum pertinens (cf. Bandin. III 407); ceterum etiam post-hac rarius accidit, ut Vegetius in quinque libros describeretur. In libris typis excussus Scriuerii primi editiones quinque exhibent libros. Virum doctissimum errasse non solum codicum auctoritas sed etiam elenchus librorum probat; cf. etiam Casaubonum ad finem Polybii poliorceticum, qui et ipse de bello nauali enarrationem poliorceticam suo libro subnexerat.

*Q*: Flauii Vegeti Renati Vir̄ Inlustr̄s (sa 2 add.) Epithoma Rei Militaris Lib Num̄ III. Incipiunt Feliciter.

*L*: *inscriptio et lib. I. desunt.*

*II*: Flauii uegeti renati uiri illustris comitis sacrum\*) epitoma rei militaris libri quattuor ad theodosium imprem. item periochae cuiusque libri.

*V*: Incipit liber flauii uegetii renati uiri illustris epytoma institutorum rei militaris ad theodosium imperatorem feliciter.

*D*: In Nōm Dī Sūmi Incipiant Libri III<sup>or</sup> Flauii Vegeti Renati Viri Illustris Epitoma Institutorum Rei Militaris.

*P*: Flauii Vegetii Illustris Viri Epithoma Rei Militaris Libri Numero III<sup>or</sup> Incipiunt Feliciter.

*Adicio E* (exc. Vat. Reg. 2077): Ex libro quarto Publi(!)\*\*) Vegati Renati (p. u. r.?) de re militari in titulo XXXVIII (immo XXXVIII) post praecepta belli naualis quae incipiunt a titulo supra scripti libri XXXI inter cetera et ad locum.

*Cum A et II maximam habeant auctoritatem, rectissime spero me ita, ut factum est, indicem nostri libelli constituisse, nisi forte librorum numerum additum uis.*

*Priusquam accedamus ad quaestionem de codicum generibus disceptandam, cum de elencho librorum tum de rubricis pauca praemittenda uidentur. Elenchum librorum quin recte uncis incluserim, dubium esse nequit; contra de rubricis ambigi potest, cum Vegetius ipse de primo quidem libro tale quid significet uerbis 'per quosdam gradus et titulos' p. 4, 18. Sed ut profectas eas ab ipso auctore negemus, primum facit prauissima hic illic eaque Vegetio indignissima (e. g. II, 24) uel absurdissima (e. g. III, 44) dicendi ratio, deinde, quod saepe ineptissime non nisi ad aliquam solam neque eam grauissimam orationis partem spectant (e. g. III, 10) postremum, quod interdum per-*

\*) i. e. sacrarum cf. Boecking Not. dign. p. 330. Librarium fugisse uidetur 'comitem' uocabulum optime absolute dici eoque dignitatis inprimis militaris gradum non officium significari. 'Comitis sacrum' codicis Vatic. 4497 (XIV. saec.) quoque index exhibet.

\*\*) Publii Vegetii mulomedicina fertur.



uersum in modum orationem interrumpunt atque conturbant (e. g. II, 18.) Quae argumenta cum omnia etiam in primum librum quadrent (cf. 1, 8, 12, 28), cunctas rubricas, et primi libri et reliquorum, a posteriore scriptore quinti fere uel sexti saeculi — iam enim in eo codice, ex quo fragmentum Vaticanum VII. saec. excerptum est, rubricae adscriptae fuere — additas contenderim; referendum autem illud 'per gradus quosdam et titulos' uidetur ad 'Rerum ordo deposcit etc.' c. 2, 'Sequitur etc.' c. 3, 'nunc — exploremus' c. 4, 'Sequitur' c. 7; 'Signatis itaque tironibus per cotidiana exercitia armorum est demonstranda doctrina' in c. 8 (p. 12, 1, 2, huc usque de dilectu tironum egerat Vegetius, iam alteram partem ad exercitationem tironum spectantem ingreditur), 'Locus exigit, ut etc.' c. 20, 'castrorum quoque etc.' c. 21 (— c. 25 incl.); abrupte sane c. 26 et 27 exercitationem tironum ad finem deducunt; 28 est epilogus. Quae cum ita sint, titulos illos ex ipsa oratione tollendos arbitrati sumus, praesertim cum, si quis totam hanc rem diligentius perscrutari uolet, ex capitum indicibus, quos singulis libris praemissos et codices habent et nos uncis inclusos retinuumus, subsidium ei redundare possit certissimum, etiamsi in minutioribus quibusdam rebus capitulationes ab ipsis discrepent interdum rubricis. Hoc loco non omittemus nos paenitere, quod non numeros quoque capitulorum prorsus ex oratione extirpauimus ac solummodo in margine adnotauimus.

Sequitur, ut de codicum generibus affinitatibusque disputemus. Qui cum adeo multi extent, ut, quantum mihi quidem eruere licuit, centum quadraginta excedant numerum, ita rem institui, ut eorum codicum, qui post duodecimum saeculum exarati sunt, nullam fere habendam rationem censuerim. Ceterorum autem, quos quidem pro uirili parte omnes\*) respeximus, duo sunt genera, unum mutilum ac perquam negligenter scriptum (ε), alterum plenius et correclius (π) uel π); sunt autem illius quasi primaria nota hiatus

\*) *Excipias Montepessulanum Nr. 133 XII. saec. 'incomplet et en mauvais état' (Catalogue général des manuscrits des bibliothèques publiques des départements I 334).*

p. 153, 4—9 et 164, 4—7. Huc accedit, ut in prioris generis codicibus subscriptio illa *Eutropiana* \*), quam supra protulimus, adsit, contra in altero nil tale compareat. Unde ne quis ea, quibus  $\epsilon$  ab  $\pi$  discrepet, ad *Eutropium* emendatorem colligat esse referenda, tria potissimum impedimenta sunt: primum lemmata, quae a posteriore scriptore profecta supra demonstraui, duorum illorum codicum ordinum sunt communia, deinde in cunctis codicibus l. I, c. 1. primum enuntiatum 'In omni — uictoriam' elencho librorum postponitur, postremum, ut insiticia quaedam (e. g. totum caput 26 l. III) omittam, in ipso uerborum contextu in adeo multis consentiunt uitii, ut ex uno eodemque archetypo eoque iam deprauato  $\epsilon$  et  $\pi$  non fluxisse non possint. Sequitur, ut etiam  $\pi$  genus ad *Eutropii* librum reuocetur, sed ita, ut per negligentiam subscriptionem illam in archetypo huius classis omissam statuamus. Iam uero cum uix sit credibile, ab *Eutropio*, quem rubricas quoque confecisse negauerim, multos illos errores esse intrusos, archetypum omnium codicum superstitem ad sextum fere saeculum promouendum censeo.

Pergentes ad archetyporum utriusque generis naturam et condicionem edisserendam incipiemus ab eo, quem  $\epsilon$  nota indicauimus. Cuius pleraque uitia — et sunt quidem plurima — a negligentia incuriaque et inscitia eius, a quo est exaratus, pendere satis est manifestum. Huc pertinent quattuor potissimum errorum species: 1) quod ex aetatis inferioris indole  $\alpha$ ) singulas litteras (o et u, i et e, c et r, p et f 'ex' uel x et s, x et f (p. 157, 4)) confundit,  $\beta$ ) n litteram alienis locis intrudit aut abicit (e. g. uincere — uicere; angariis — agrariis), m litteram finalem, prout libet, addit et omittit; 2) quod litterarum similitudine fallitur (i — c, t — c, r — s, d — ti, m — nc etc.) uel sigla non comprehendit (e. g. 'diei' et 'die' — dei — dī, 'istae' — istae — instructae). 3) quod omittit  $\alpha$ ) saepissime singulas litteras uel  $\beta$ ) singulas syllabas (e. g. 'hortem' uel 'hostem' — cohortem, 'firmiores' — infirmiores, 'in african' —

\*) In Bernensi et cod. Q casu excidit.

*intra africanam, 'turio' — centurio etc.; similiter 'prolixa' — prolixiora); γ) frequenter singula uel plura uocabula (e. g. [altissimae] latissimaeque, [iterum] iterumque, [aut ineptum uideatur] aut longum); δ) saepenumero tota commata (cf. praeter ea, quae supra commemorauimus, p. 41, 17, p. 119, 11). 4) quod interdum uocabula uel syllabas iterat (cf. 'facie faciebant' p. 159, 2, longitudinis 'ad dinis additur' p. 81, 23, 'marti martis' p. 92, 20). Hinc repetendum etiam 'hanate' p. 127, 21 = 'nanate' uidetur Vegetioque 'natae' uindicandum; nam N litterae forma antiqua proxime ad H accedit.*

*Rariora sunt ea errata, ad quae aut mendo leui eius codicis, unde descripsit suum, aut male legendo librarius delatus est (e. g. p. 5, 22 'seuire (i. e. saeuire) in desides uindicando' — seuire in desides uindicare — seuire in desides uindicare; p. 12, 23 'ede' i. e. aede — ade — AcIe — acie, 95, 13: 'capias' — captis — captes\*) etc.). Emblemata quoque partim interlinearia partim marginalia quaedam quamuis pauca in ipsum uerborum ordinem inseruit, nempe loc. Vergil. p. 110, 22, p. 76, 8 'insidiatores in alio loco impulsant transuersos frequenter incursa' (i. e. incurant), ubi 'in alio loco impulsant' quin glossema ad uocem pertinens 'incurant' sit, uix dubium est; simili modo natum uidetur 'explicitos uelites' p. 100, 18. Praeterea ὁμοιοτέλευτα quaedam (cf. 78, 14) multaque alia uitia inrepserunt, quae ad negligentiam solam librarii redire haud difficile est intellectu. Denique p. 34, 12 'barbaricae' ('barbarae' π) interpolatae sit lectio, nunc quidem in dubio relinquam.*

*Huius classis primarii testes sunt Parisinus 7230 saeculi decimi ineuntis (— sec. catalogum s. noni —) nobis A Bernensis 208 Parisinusque 6503 inter se ad uerbum fere consentientes, quibuscum etsi artissime cohaeret Monacensis 6368 eiusdem aetatis nobis M, tamen non*

---

*\*) Ita fortasse etiam 49, 1 'reparari' ex 'sperari' — ceterum praecedit etiam 'reparata' — ortum est, paenitetque nunc 'reparari' recepisse.*

*ex eodem libro descriptus est. Secundarii testes sunt ab una parte Guelpherbytanus Gudianus 84 saeculi X. exeuntis uel undecimi nobis G — quem Schwebelius adhibuit — et Parisinus 7230 A, quem non in certamen uocauimus utpote cum G in omnibus fere uariis lectionibus consentientem ipsumque neglegentissime exaratum, ab altera parte Parisinus 7383 X. saec. nobis Q, Laudunensis 428 X. s. ineuntis nobis L, Dresdensis D 182 X. saec. Illos cum A esse coniunctissimos, hos — nobis λ\*) — quamquam mirum quantum interpolatos ac deprauatos prorsusque nullius pretii tamen in quibusdam leuioribus ad M proxime accedere constat. Quod Bernensem Parisin. 6503 Dresdensem ab apparatu nostro exclusimus, neminem, spero, offendet; factum est ex ea criticae ratione, quam in hac recensione ineundam iudicauimus (cf. quae in Teubneri 'Mittheilungen etc.' 2. p. 7. de nostra editione professi sumus).*

*Venimus ad archetypum alterius classis, quem π uel π' — quid differat, uide infra — nominamus. Quem pleniorum atque correctiorum quam ε fuisse ut iam supra dictum est, ita qui leuiter, quae inter ε et π intercedunt, discrepantias percurrerit, hunc codicum ordinem pro fundamento instituendae criticae editionis habendum iudicauerit. Sed aliter res se habet. Primum antiqui libri, qui ad hanc classem pertinent, longe pauciores sunt, unde fit, ut traditarum lectionum origo et progressus hoc in ordine minus sit perspicuus; deinde quicumque diligentius naturam huius classis perscrutabitur singulis, quibus ε et π differunt, locis accurate consideratis atque expensis, ita eam comparatam reperiat necesse est, ut, id quod iam supra, cum de operis inscriptione ageremus, leuiter quidem tetigimus, ab ingenioso quodam homine scriptus uideatur, qui cum haec illa, quae haud probe mente adsequeretur, suo arbitrio atque emendandi studio interpolaret tum antiquitus tradita uitia, quae*

---

*\*) Ad hanc deterrimam familiam pertinuit codex, unde Cusana excerpta ('Ueber eine Handschrift des Nicolaus von Cues etc.' auctore Jos. Klein p. 39 et 40) sumpta sunt.*

*adhuc in ε seruantur, falso corrigeret. Quam rem ut melius possis diiudicare, nonnulla exempla subiciemus.*

p. 26, 10 sine perturbatione et celeriter ε	sine perturbatione et celeriter et caute π
37, 14 uicturis punctis ε	pieturis punctis π
56, 4 ut ε	quod π
89, 2 consuluere ε	coluere π
92, 11 delebarunt (i. e. debellarunt) α' (= AM)	deleuerunt π
94, 1 marię eius (i. e. marcidus) α (= AGM)	anhelus π (incautus λ)
94, 2 hos — ε	haec — π
4 exercitus didicerunt ε	exercitus perdiderunt π
14 quasi † se fac. peruenturi ε	quasi sperent se peruenturos π
103, 10 [Exceptis — amittit] titulo adiunctum habet ε	orationi inseruit π
113, 15 quas ε	quasi π
113, 17 auersis ε	aduersis π
135, 8 aliaque ε	atque alia π'
146, 3 odore εP	nidore π'

*Sed negligentia quoque non prorsus immunis fuit ille librarius; a qua repetenda sunt uitia ut 'lentiones' pro 'linteones', 'enucleatim (π)' pro 'enucleati', 'exspectat' pro 'spectat', 'anteferentarios' pro 'ferentarios' (antedeunte 'antesignarios'), 'superuenientibus' in capitul. III, 9, 'duplex proponitur' pro 'duplex prope ponitur', 'fidissimis' pro 'fidelissimis', 'barbari quoque' pro 'barbaricoque', 'numerum' pro 'munerum'. Denique cum omnino ei parum sit religionis, tum minuta quaedam, ut 'cornum' missibilia, parum diligenter tradit.*

*Huius classis testes primarii sunt Palatinus 909 X. saec. nobis II et Vaticanus 4493 XII. saec. nobis V, secundarii Parisinus 7231 XII. saec. nobis D aliquatenus cum α familia classis ε contaminatus et Perizonianus F 17 XI. saec. nobis P ualde cum λ familia ε classis contaminatus, ad cuius exemplum P<sub>2</sub> etiam alias intrusit correctiones\*); quem cum eodem iure etiam ad ε genus referas, consensum librorum*

\*) Oudendorpius (obseru. miscell. VI. VII. VIII. IX), quot maximi hunc codicem aestimavit, magnopere errauit.

*ΠVD propria nota π', consensum librorum ΠVDP π littera expressimus. Librum D, quamvis frequentissime et praecipue in interpolationibus cum Vita consentiat, ut in editione nostra duos hos codices una littera δ comprehensos uideas, tamen hoc praefationis loco, ut pro se uterque rectius aestimetur, a V separandum duximus. Ipsi denique primarii huius classis testes Π et V maxime inter se differunt, cum et Π suas easque permultas habeat interpolationes — cuius rei periculum in unaquaque fere pagina fieri licet — et V ex eodem ac D archetypo fluxerit multis illo quidem in locis deprauato atque interpolato. Nihilominus uterque perbonus codex est habendus neque omitti debet V. potissimum nonnullis in locis, ubi ceteri omnes delirant, rectum seruasse uel restituisse.*

*Haec pauca de singulis generis π codicibus disserenda existimauius, ut nunc quaestio de discrimine archetyporum ε et π instituta ad finem possit deduci. Restat enim, ut in eis locis, quibus Π et δ (uel etiam interdum ΠV et D) et ab ε et inter se differant, consentiant generis ε libri certe primarii, quae nam sit sequenda lectio, statuamus. Quam rem inuestigantibus nobis apparuit omnibus fere talibus in locis ε ueram lectionem praebere; id quod his paucis exemplis probatur:*

p. 8, 12 per laborem usu militiam (— a A) α'	per laborem usū militie Π
47, 17 semispathia (— tia A') εP	per laboris usum militiam δP semispathias Π semispatium D (in V excidit)
58, 1 aut seruare aut augere Αμ	aut seruare aut agere Π aut certare aut agere δP
73, 11 mota ε	nota Π mutata δP
92, 14 ambronum ε	<sup>r2</sup> umbonū Π umbrorū δP
124, 1 iungeretur α	iniungeretur Π ingeratur δP
136, 19 proserit α	proferit Π profert δP (λ)
150, 4 ionio mari ε	in ionio mari Π ionio in mari VP

*Extremum est, ut de excerpto Vatic. VII. saec. nobis E pauca addamus. Quod quamquam ad π pertinet, tamen complura sunt, in quibus cum ε consentit:*

p. 34, 10 ut—censerentur $E\epsilon$	[ut] — censebantur $\Pi$ et — censuerunt $\delta P$
154, 2 experimentum posterioris (— es $\alpha'$ ) (potioris $E$ ) aetatis (— es $\alpha'$ ) XII (duodecim $\alpha$ ) $E\alpha$	experimento posterior aetas $\delta P$ non solum posterioris aetatis [d.] $\Pi$
154, 7 solstitio $E\epsilon P$	solfatio $V$ equinoctio $\Pi$
155, 4 aparcias $E\Lambda\mu$	aparkias $\Pi$ apartias $P$ apartius $V$
155, 5 thrascias (trasc. $A$ ) $E\epsilon$	thraskeas $\Pi$ $\tau\rho\alpha\sigma\kappa\acute{\iota}\alpha\varsigma$ $P$ thraschias $V$
155, 7 consueverunt $E\epsilon$	consueverunt $\pi$
156, 11 easdem $E\epsilon P$	eiusdem $\Pi$

*Habet autem et E suas interpolationes e. g.*

p. 154, 4 horum	quorum $E$
154, 12 hoc	id $E$
157, 11 quo	quod $E$

*et, qui est locus grauissimus,*

p. 155, 4 adhaeret (aderit $\alpha$ )	est $E$
---------------------------------------	---------


*Quare etiam 'Pliadum' 156, 3 formae 'Pleiadum' praetulerim. Denique 'urbium' p. 157, 9, quod  $E\Pi$  praebent, quamuis Mommsen V. Cl. l. l. aliter sentiat, interpolationem archetypi  $\pi$  puto paenitetque in textum recepisse.*

*Etiam in eis, quae liberius excerpit ex II 6 et 2, sunt quaedam menda. Postquam enim IV c. 38 inde ab 'Igitur' usque ad c. 41 excl. perscripsit, hunc in modum pergit:*

'Item ex superioribus libris eiusdem operis inter cetera et ad locum. Apud Romanos in legione X cohortes (38, 4 sq.) erant quarum prima habet pedites  $\infty$  CV equites XXXII et dicitur millenaria (*immo* 'miliaria'). relique nouem cohortes habent pedites quingentos quinquagenos quinos equites sexagenos senos et appellantur cohortes quinquagenariae (*immo* 'quingentariae'). plena legio habet pedites sex milia centum equites DCCXXX. legiones ergo proprie (34, 4 sq.) romanorum sunt. macedones uero greci dardani phalangas habuerunt ut in una phalanga armatorum VIII milia censerentur. galli atque celtiberi pluresque barbarae nationes cateruis utebantur in praelio in quibus erant sena milia armatorum'.

*Reliqua leuiora uitia huius excerpti uide in uariae lectionis (V. L.) et supplementi lectionis (S. L.) laterculo.*

*Ex his igitur, quae de archetyporum  $\epsilon$  et  $\pi$  ( $\pi'$ ) conditione disputauimus, in constituendo textu neque unum potissimum codicem neque unam solam classem sequentibus id nobis agendum putauimus, ut in dubiis utriusque generis naturae quam accuratissima ratione habita, quid legendum esset, statueremus, in orthographicis uero A codicis\*) scripturam adoptarem. Atque ecce iam stemmatis, ut dicunt, imaginem, eo quidem consilio deliniatam, ut, quo modo singuli codices ex libro Eutropiano descendisse uideantur, uno quas conspectu possit cognosci.*



\*) Consensus omnium codd. effecit, ut 'directus' 'epistola' alia, quae abhorrent ab orthographiae genere hoc tempore usitato, intacta relinqueremus.



## CODICVM RECENSVS.

### I. Codices, quos in hac editione adhibuimus.

#### a) Classis ε:

1. A\*) = Parisinus 7230, in fol. maiore, saec. X. in-  
euntis (secundum catalogum IX. saec.), integer; fol. 27.29  
sunt transposita, fol. 39 uers. glossas nonnullas, quae nul-  
lius sunt pretii, a manu recentiore conscriptas continet.  
Fol. 1 r. uiginti nouem linearum, quod ualde dilutum est,  
'Praeceptum Dagoberti de fugitiuis ad ecclesiam sancti  
dionisii' continet his uerbis incipiens 'Dagobertus rex  
francorum uir inlustris omnibus episcopis abbatibus etc.'  
lin. 17 'Finis priuilegii nicholai apostolici de rebus et sti-  
pendiis francorum'. Fol. 1 u. incipit Vegetius; fol. 2 r.  
in inferiore parte legitur 'Solinius de mirabilibus mundi  
liber sci dionisii SL† XXXb). XTJ†XJ.' Fol. 53 r.  
Solinus\*) incipit. In ultimo folio manus satis antiqua ad-  
leuit 'Hec accepit Odo rex de thesauro sci dyonisii.' Se-  
quitur index rerum pretiosarum, ut fibularum cultellorum  
uasculorum calicum palliorum etc. Multi errores correcti  
alii intrusi a manu recentiore (A<sub>2</sub>) (partim atramento par-  
tim stilo cerussato); in foliis prioribus a manu satis an-  
tiqua quaedam correcta alia ad marginem excerpta sunt  
(e. g. ad p. 6, 16—19 n. ed. 'iste nationes largo sanguine

\*) cf. p. XIII.

\*\*) Mommsen in codicum Solini recensu hunc et cod. 7230 A  
mire confudit.

redundant.' Inuolucrum Caroli IX. habetur. Post Haasium Du Rieu alios ipse (a. 1866) hunc codicem contuli. Iterum complures locos in meam gratiam inspexit Dr. Augustus Behaghel collegu (a. 1868). Exceptis uocabulis per 'e' uel 'e' non 'ae' et uice uersa scriptis (e. g. aequos = equos, quae = que) totum hunc codicem in apparatusum recepimus.

2. M\*) = Monacensis 6368 (olim Frisingensis 168) in quarto, saec. X. incip., nisi fallor, omnium antiquissimus. Integer est habetque folia 43, binis columnis scriptus; fol. 2 u. et 42 u. atramenti bona pars euanuit. Fol. 1 sq.

legitur (ab antiqua manu) 'lib̄ iste ē sc̄e marie et sc̄i corbiniani frisiḡ'. Altera manus (M<sub>2</sub>) rarissime occurrit. Inuolucrum ligneum est a tineis perforatum, quod et ipsum perantiquum, qua intus uestitur, membrana IX. saec. ecclesiastica quaedam continens testatur. Post Haasium (1845) Halmium Zangemeisterum (1865) Du Rieu (1866) ipse (1867) eum contuli. Iterum complures locos in meam gratiam inspexit humanissime Halmius V. Cl. Exceptis uocabulis per 'e' uel 'e' non 'ae' et uice uersa scriptis (e. g. aequos = equos, quae = que) omnem eum in apparatusum recepimus.

3. G\*\*) = Gudianus 84, in folio paulo latiore, meo iudicio saec. X. ex. uel XI. Schoenemann ('Hundert Merkwürdigkeiten der Wolfenbüttler Bibliothek', Nr. 18.) eum IX. saec. attribuit: ipse Gudius 'Censeo' ait in inuolucris parte interiore 'codicem hunc annorum septingentorum et magni pretii esse | Marg. Gudius anno CIO IOC LXXXVI' (1686). Correctiones (G<sub>2</sub>) hic codex habet partim ab ipso, ut uidetur, qui eum exarauit, librario — ceterum non ab una eademque manu scriptus uidetur — partim a manu recentiore, quae quidem eadem ad exemplum familiae dP nonnulla emendauit; ab illa antiqua profectae sunt notae marginales, quae ad locos orationis ipsius aut difficiles aut aliquid singulare habentes spectant (e. g. 77, 5. 'galiarias' in margine iterum scriptum est). Ruber color non inuenitur. Fol. 67 'Incipit Libellus De Vita. Et Moribus Imperatorum

\*) cf. p. XIII. \*\*) cf. p. XIII.

*Breuiatus Ex Libris Sēx. Aur. Victor A Cesare Aug. Usque Ad Theodosium.* Post Korttium (1726) Wernsdorfium (in Schwebelii (1767) usum) L. Trossium (1861), qui 'Vegetium accuratissime excussit et ad litteram transscripsit, quod apographum in bibl. Monacensi est 252 IP, Zangemeisterum (1866), 'qui Vegetium Gothae contulit' et quo 'teste hic codex optimus est huius familiae' ipse (1867) contuli. Iterum complures locos mea gratia inspexit Dr. Bartels.


4. L\*) = Laudunensis 428, s. X. ineuntis (secundum catalogum ('Catalogue général des manuscrits des bibliothèques publiques des départements' tom. I 227 (cf. etiam I p. 43)) IX. saec.), in quarto paulo minore; haud integer; incipit enim his. l. II. capitulationis uerbis: 'qui promouentur. XXI. Quid inter tubicines et cornicines et classicum intersit.' (p. 31 nostr. ed.). Manus altera (L<sub>2</sub>) est satis antiqua. Hanc habet praescriptionem ab antiqua sed non eadem, qua ipse codex scriptus est, exaratam: 'Hunc libellum dedit dom̄n dido dō et scae marię laudunensis ecclę. Si quis abstulerit irā dī et scę marię incurrat.' (inde ab 'laudunensis' atramento alio usus est librarius.) Dido episcopatum iam anno 883 obtinebat et a. 893 concilio Remensi interfuit (Gallia christiana IX 519). Inter pennae probationes ad finem operis (fol. 67 r.) adiectas uersus Horatianus legitur 'omnib; hoc uitū est cantorib;'; fol. 67 u. a recentissima manu scriptum extat: 'Iste liber est manc<sup>9</sup> | collegiū laudunen est meum'. Ipse (a. 1866) contuli.

5. Q\*\*) = Parisinus 7383, X. saec., in quarto paulo minore, olim Colberti, postea Monsardi (cf. fol. 1 u.); integer excepto ultiimo folio (74), cuius exterior margo ad dimidiam prope paginam est abscissum; praeterea in superiore fol. 4—6 angulo pauca uocabula madore sunt affecta. Ruber color non existit. Exaratus est hic codex a librariis minimum tribus, correctus quoque a manu satis antiqua eaque, nisi fallor, librariis illis aequali (Q<sub>2</sub>); rarissime recentioris cuiusdam correctoris manus (XV. s.) occurrit. Est Laudunensi praefereendus; deest sub scri-

\*) cf. p. XIV.

\*\*) cf. p. XIV.

ptio (cf. 164 n. ed.), quamquam (fol. 74 u.) supererat spatium; neque tamen recentiores manus id intactum reliquerunt: adleuerunt alphabetum, notas musicas (e. g.



), 'rnatī uerbi misterijum noscē oculis lux tue' (XIV. saec.) alia. Fol. 58 u. (in fin. quaternionis) (n. ed. p. 123, 2) desinit 'necessita' reliquo spatio et lineae et paginae uacuo; pergit fol. 59 r. 'te confligunt' etc.; et hunc locum in suum usum recentior quaedam ecclesiastica manus conuertit (e. g. 'Sca maria mat̄ dñi nri ih̄u XPI in manus filii tui et tuas gmedo hodie et in oi tempore animā meā et corp<sup>9</sup> meū. (i. e. sancta Maria, mater Domini nostri Jesu Christi, in manus f. t. et tuas commendo h. e. in omni t. animam meam et corpus meum). Fol. 2 r. et in superiore et in inferiore margine rasurae comparent: diluta sunt quae pauca manus XV. saec. ad marginem eiusdem folii superiorem conscribillauerat. Post Haasium et Du Rieu ipse (a. 1868) contuli. Complures locos iterum inspexit Dr. Aug. Behaghel collega. — Memoria dignissima est epistula ad Vegetium spectans, quam hic codex ipsi operi praemittit. Ea cum a Fridrico Haasio (l. l.), quae diligentissime tractaretur, digna habita sit neque dubium uideatur, quin rectissime Hrabanus Mauro Vegetii exemplum Lothario regi dedicanti uindicetur, non possumus non eam hoc quoque loco subicere. Id uero monendum est, Frid. Haasium, qui in Paris. 7230 A hanc epistulam inesse doceat, contra de cod. 7383 prorsus taceat, numero esse fulsum: neque enim aut in Par. 7230 aut in Par. 7230 A, de quo infra pauca uerba faciemus, tale quid apparet; accedit, quod, quas codicis Parisini (P) uarias affert, optime in Par. 7383 quadrant. Praeterea commemorandum est illam epistulam non solum, quos Haasius affert, a Treuirensi (XV s.), Vindobonensi (Basileae a. 1437 scripto; cf. Endlicher catal. codd. Vindob. lat. p. 206), Florentinis plut. 45, 20 (XV. s.) (e quo Bandinius in catal. II p. 357 eam ediderat), plut. 45, 21 (XV. s.) et plut. 53, 12 (saec. XIV.) et italice uersam (XIII. saec.) a Bono

*Giambonio exhiberi, cuius interpretationem Vegetii Franc. Fontanius (Firenze 1815) publici iuris fecit, sed etiam extare in Parisinis 7233 (XIV. saec.). 7387 (XV. s.), Vatic. Regin. 1880 (XV. s.) et Ambrosiano G 83. Epistula autem, qualis quidem in Parisino 7383 legitur, haec est\*):*

Populus iubente deo israheliticus libenter munera obtulit ad fabricam tabernaculi, cuius exemplar dei famulo moysi fuerat ostensum in monte. alii quidem aurum (auarū<sup>2</sup> c.) et argentum uel cetera (cetera c.) copiose metalla nec non et lapides preciosos, quidam uero ligna aut pelles rubricatas, pauperiores uero pilos caprarum, ut non uacuis appareret quispiam in conspectu domini, quoniam non quantitatis munerum est trutinator sed animi deuoti inspector; qui duo minuta uiduae inspiciens plus eam diuitibus in corbanan misisse (mississe c.) testatur. In magna enim domo diuersi uasa sunt generis, uilia quidem suis usibus necessaria ait poëta: non omnia possumus omnes. Ego quidem inclite rex, famulus deuotissimus excellentiam sensus uestri sciens et acumen ingenii gaudio perfusus sum (sum om. cod.), quod amore sophiae (sophiae cod.) animus sit uestrae indolis (indolis supra lineam script. in cod.) nobilissime succensus. quamobrem statui uobis offerre libellos flauii uegeti renati de re militari, quos corrigere curauī sine exemplario\*\*), quoniam unum, quod reppereram tantum, uicio scriptorum ita erat deprauatum, ut literatura (l. dilutum in cod.) nequaquam || fol. 1. u. manere aut intellectus inde utiliter colligi possit, ut post paschales uenerabilium doctorum dapes et diuini fluentia eloquii seu mellifica (mellefica cod.) poetarum carmina his frui libellis condescendendo delectatione exercitii non pigeat. non enim aquila, quae ceteris (ceteris cod.) aibus<sup>g</sup> altius uolare et radiis solis intuitus figere (fiere cod.) consue-

\*) Inscriptionem 'Epistola Senecae ad Lucanum' unus habet Treuirensis. Initium usque ad uoces Ego quidem non edidit Endlicher.

\*\*) Cf. eadem uerba subscriptionis Eutropianae.

uit, semper in caelo haerendo (her. *cod.*) manet sed ima pro sua commoditate petit. miles etiam quamuis bellicosissimus post immensos sui laboris triumphos et uictoriae palmam laureasque coronas armis depositis tessera aliquoties ludit aut ceteris infantiilibus iocis. Igitur post libros ab inicio mundi usque ad regna francorum (frācorū *cod.*) in Galliis a paruitate mea congestos (congestos *cod.*) ex hagiographorum (agiographorum *cod.*) siue gentiliū historiis, in quibus continentur quaeque (quaeque *cod.*) uidentur uel frequentantur digna in singulis partibus orbis uel in eminentioribus regnis memoria, seu quo modo initia sumendo inchoauerunt, *hic desinit Noster uersu extremo, uacuis duabus eiusdem paginae lineis relictis, ceteri, qui hanc epistulam habent, pergunt:* uel qua desidia uel incuria singularum regna gentium defecerunt\*), cui operi si regia maiestas adriserit, utiliter subnectendos hos censeo fore tomos, quibus inspectis cum superioribus libris, si diuina permiserit gratia, principes sua suorumque incommoda praecauere poterunt.

*Ineptos errores et manifesta menda nec non orthographica singulorum codicum Gl (λ = LQ) fere omisimus.*

## II. Classis π:

6. II = Palatinus 909\*\*) in folio X. saec.; binis columnis diligenter exaratus characteribus Longobardicis. Mentio fit huius codicis iam apud Scriuerium, qui eum Palatinum quartum dicit. In fol. 1. 'heinricus imperator istum dedere dinostitur (?) librum' litteris pulcherrimis exaratum legitur, quae ad Henricum IV. (1006—1056) summo iure referas, unde sequitur librum in Italia scriptum in Germaniam delatum et illi imperatori dono datum esse. Gothicis litteris additum est 'monasterio scorū martyriū stephani. uiti. iustini. atti. dyonisiū', cui eidem manui debemus titulum 'hic liber gesta narrat romanorum'; tunc cernitur praeter

\*) Verba in quibus continentur — defecerunt non edidit Endlicher; uerba uel qua des. — defecerunt om. Treuirensis.

\*\*) cf. p. XV.

pennae probationem 'hoc libro lippold<sup>9</sup> decan<sup>9</sup> maior studuit', saeculo nempe recentiore; fragmentum orationis canonicorum notis adscriptis pro parte saec. XI. ineunte exaratum non facit ad rem nostram. Fol. 1 u, 'Incipit historia romana

eutropii gentilis usque ad obitum iouiani imptoris cui aliqua paulus aquilegensis diaconus addidit rogatu adelpergae beneuentanae ductricis deinde idem paulus ex diuersis auctoribus colligens a ualentiniani imperio incipiens usque ad tempora iustiniani; quem landolfus sagax secutus plura et ipse ex diuersis auctoribus colligens in eadem historia addidit et perduxit eam usque ad imperium leonis quod est annus dominicae incarnationis DCCCVI in die<sup>-n-</sup>.

VII. Incipit lib<sup>-n-</sup> prim<sup>9</sup> historiae romanae feliciter<sup>9</sup>. Subiungitur series imperatorum a Caesare ad Basilium et Constantinum scripta ab horum aequali, ut uidetur, sedulo; adnotata sunt regnorum spatia nec non summa eorum, quae ad rem christianam pertinent. Fol. 305 'Augustae romanorum quae constantinopolim regnauerunt'. Series incipit ab 'Fausta uxor constantini magni helene filii', desin. 'Eudocia uxor michahelis'. Fol. 306—359 continetur Vegetii epitoma. Exaratus est codex a christiano, ut ex lectione uaria in quibusdam locis colligitur; in margine nec non inter lineas apparent glossae, quas parui feci; sunt autem eiusdem manus Longobardicae; eidem debemus multas in textu correctiones, quae in tempus antequam Henricus ille uixit cadant necesse est. Plures insunt manus, quas difficile distinguas; nam iam prima post finitum laborem complures locos emendasse uidetur, aliis locis apparet altera manus, aliis tertia. Indicia quaedam docent hunc ex codice Longobardice scripto manasse. Libro extremo (f. 359 r.) adleuit recentior quaedam manus (in sinistra columna): explic iste lib<sup>9</sup>; ad eandem manum referenda uidentur quae in eiusdem paginae uacua dextra columna leguntur: 'Quis deus magnus sicut deus noster | tu es deus qui facis mirabilia | solus.'

Quae de Palatino 909 protuli, cuncta ex schedis sum-

sumpsi uiri doctissimi Du Rieu; qua enim ille est eximia humanitate, postquam de consilio meo Vegetii edendi casu certior est factus, multa sua de Vegetii codicibus scripta una cum multis collationibus ultro ad me misit. Contulerunt autem hunc codicem post Du Rieu Zangemeister atque in meum usum Dr. Fridericus Schlie, a quo etiam excerptum illud Vatic. VII. saec. transcriptum habeo; idem Vaticani 4493, qui mihi dubii erant, locos mecum accuratissime communicauit. Itu euenit, ut, cum duobus Palatini 909 collationibus a Du Rieu et Schlie confectis exornatus essem, rarissime lectio huius codicis in dubio relinqueretur; ubi autem nihilominus id est factum, nota? indicauimus. Hoc codice, prout fieri licebat, in eundem modum usus sum, quo codicibus AM.

7. V\*) = Vaticanus 4493, in. fol. min., XII. saec. quamuis accurate et diligenter ac satis correcte fere exaratus, tamen saepissime singula commata terminationum similitudine lapsus omittit. Desinit in IV, 39 cf. 156, 2; etiam capitulatio libri IV non ultra caput 39 progreditur, praeterea inter fol. 6 et 7 unum excidit folium (cf. p. 21, 21 et 25, 8.) Qui codex cum unus ex optimis sit ac dignus, qui iterum quam diligentissime excutiatur, haud superfluum puto nonnulla ad orthographiam huius libri spectantia specimina, quae Du Rieu excerpserit, proponere. balista et ballista, molior, cincinatus, thesali, quintio, quotiens, acquirere, adgredi, assumo, ascribere, amminiculum, aspicere, adgregare, adtentus, atenuare, aduectere, annotare, adsolere, adportare, adsuefacere, adplicare, apponere. audatia, prouintia, inficiari, fidutia. Gneus, tyro, Tyber, Tideus, epytoma, Illiricum, olym corr. in olim, clipeus, monoxilus, myxtus, Pirrus, cilinder. sescenti, xerses, expectare, existere, extinguere, exerere, sedecim. conexus, conplures, componere, comparare, compellere, conplere. iulecebrae, inmergere, imminere, impedimentum et impedimentum, inlatus, impossibilis, inbuere, inpulsus, inpresio, inrumpere, inruere, inbellis, inpugnare, inligare, inpar, inportare, inpuere, inprouisus, inpena; surrogare, summtota.

\*) cf. p. XV.



quicquid, catafracta, falanges, phenum, scafa, elefanti. obtimus, obponere. cedes, aequites *et aequi passim corr.*, acie, loetale, mesi, federatus, poene, fedari. adrianus, ordeum, inermis, halani, exaurire, scola, honus, arpago, nihilhominus, labyrinthus, habundare. osten, spata, mitridates, orror, anthiochus, iugurta, matheria, troclea, corda. uelud, relinqd (*semel*), dendatus. *Contulit Du Rieu.*

8. D\*) = *Parisinus 7231, in fol. minore, XII. saec. Deest lib. IV 31—fin., neque capitulatio libri IV ultra caput 30 progreditur, etiam 'naualis — subnectit' elenchi librorum uerba omissa sunt; fol. 13 u. paulo ante finem recentior manus addidit 'Fl. uegetij de re militarj lib. IIII et ultimus'. Inter cetera, ('Solin., excerpta ex libris Ciceronis ad Herennium in sex partes diuis., Cic. partitiones orator., Iulij Seueriani syntomata, fragm. e Quintiliani libro decimo, Sancti Augustini de musica lib. sex, Cic. ad Beturium lib. de synonymis')* quae hoc codice continentur, insignis est 'notarum tachygraphicarum' collectio. Scriptura haud ita pulchra, uersus absque linea recta et angustissimi. Inter cimelia habetur. Post Haasium Du Rieu alios ipse (1866) eum contuli. Complures locos iterum in meum usum inspexerunt Dr. Zotenberg et Dr. Aug. Behaghel.

9. P\*\*) = *Perizonianus ('ex legato Iacobi Perisonii') F 17, in fol. maiore, XI. saec; integer. Insunt praeter Vegetium 'Machabiorum liber primus' multis cum imaginibus (61 cap.) XI. s., 'Registrum siue tabula libri uigecii de re militari' (i. e. index eorum uerborum, quae in rubricis Vegetii occurrunt), ut omnia, quae secuntur, XV. saec. ineuntis, fol. 15 'uocabularius liber uigecii de re mil.'. fol. 21 'Incipiunt capitula libri qui uocatur sextus frontonius in quo tractantur q̄dā ualde utilia et necessaria ad opus bellicum' (= Frontini strategemata cum glossis), fol. 33 'Incipiunt uocabula rariora super frontoneo de re bellica', fol. 37 'Incipit tabula frontonij de re militari in qua nomina et uerba atque quaedam dictiones secundum ordinem alphabeti collocantur etc.' fol. 41 corollaria tria postrema iterum*

\*) cf. p. XV sq.

\*\*) cf. p. XV.

*in tenuiore membrana inscripta secuntur. Ipse Vegetius a diuersis manibus (P<sub>2</sub>) correctus est. primum ab ipso libra-rio qui codicem exarauit, deinde ab alia manu satis antiqua, postremum, id quod rarius est factum, a recentissima (XV. s.); item glossae, quas nullas praebet hic codex, in primo libro (— I, 24) ad tres diuersas manus redeunt, ad duas antiquas et tertiam XV. saec., quae quidem et in reliquis libris crebra addidit interpretamenta; horum maior pars in uocabulario, quem commemorauimus, libro denuo occurrit. Inter antiquas illas libri primi glossas non-nullae sunt germanicae\*), quas publici uiris fieri operae pretium iudicauerim. Sunt autem hae:*

	tymbron	
p. 10, 15	fabrof	
	smidof	
	ibid. ferrariof	
	g.	
	wannerof	
	ibid. carpentariof	
	suingas	
p. 14, 21	clauaf	corbof
		p. 25, 24 qualof.

*Eximia Leidensis bibliothecae praefecti Pluygersii V. Cl. beniuolentia mihi contigit, ut hic codex Heidelbergam transmitteretur ibique tres menses remaneret (1868). Complures locos iterum mea gratia inspexit Dr. Du Rieu.*

*Codicibus VDP in eundem modum usus sum, quo GLQ; scribendi autem rationem uocabula, qua hi codices utuntur, nequaquam respexi.*

10. E = Vat. Reg. 2077 uide p. IV. X. XVI sq.

\*) *In uocabulario Vegetii haec repperi germanica uocabula: 'ey jaerfrucht' sub 'annona', 'eyn halm uel stoppel' sub 'culmus'; 'uiualter uel someruogel' sub 'papilionis'; in Frontini uocabulario (fol. 33 sq.) hae mihi occurrerunt germanicae uoces: 'eyn huuel' sub 'collis', 'ellende uel uerdriet' sub 'exilium', 'smallich uel cleylich' sub 'gracilis', 'hinderlagē' sub 'insidiae', 'glauie uel ey sper' sub 'lancea', 'eyn mudde' sub 'modium', 'ey molen' sub 'mola', 'overkomyngē' sub 'superuentus', 'omgekiert' sub 'transuersus'.*

## II. Codices examinati sed paucis tantum locis adhibiti.

### a) Classis s:

11. *Bernensis* 203 (falso 280), in fol. longiore, saec. X. Deficiebat iam saec. XV. ultimum folium; quare *Eutropiana* illa subscriptio in hoc codice non apparet. In indice operis adicit cum *Monacensi* et *Gudiano* 'numero'; quod sequitur, IIII, erasum est. Distinguas duos correctores, unum antiquiorem alterum recentem. Contulit *Du Rieu*; conspirat accuratissime cum *A*.

12. *Parisinus* 6503, in fol. maiore, *Haasio* auctore ante X. saec. scriptus; rectius catalogus, qui eum XI. saeculo adiudicat. *Haud integer*; incipit '[L]egionis merita' (41, 11 n. ed.). Insunt praeter alia recentioris aetatis a) praecept. moral. fragm. latine et graece (— 'Glossae optimaе notae' —) IX. saec. b) *Vegetius*. c) *Alexandri Magni* ad *Aristotelem* epistola de situ *Indiae* XII. s. d) *Daretis Phrygii* historia de *Troiae* excidio XII. s. Post *Haasium* et *Du Rieu* ipse (a. 1866) contuli; conspirat et ipse accuratissime cum *A*.

13. *Parisinus* 7230 *A*. antea *Noalliensis*, X. saec., in quarto maiore; *haud integer*, incipit enim his (cf. n. ed. 69, 12) uerbis 'arduis per capita' in fol. 14 r. quod est primum; fol. 14 deficit in uocabulo 'fumo' (73, 19) fol. 15 r. incipit 'rantur cum naturaliter equites etc.' (54, 10) pergitque oratio rectissime usque ad 'celerius' (64, 19). Quod sequitur fol. 17 est mutilum, ex singulis schedis compositum, obducta membrana ita tectum, ut pauca perluceant; subsunt autem uerba 'significant' 73, 19 usque ad 'fuerit' 76, 2. Deinde oratio sine ullo maiore hiatus procedit; in fine operis uocabulo 'milites' (164, 2) desinit. Neglegentissime scriptus; nonnulla, quae antiqua in *Bernensi* manus correxit, in hoc et *G* a prima manu scripta extant. *Madore* siluque corruptus, ita ut bona pars titulorum perierit: etiam atramenti color *haud ita niger* est. Inest etiam *Solinus*; 'Waldiaudus Clericus Hunc Librū Scripsit' *Solini* subscri-

ptio docet librarium, qui *Vegetium* quoque scripsit. *Solinum* sequitur *Itinerarium Antonini* et ipsum mutilum. *Cohaeret* artissime cum *G* cf. p. XIV. Post *Haasium* et *Du Rieu ipse* (a. 1866) contuli.

14. *Korttianus* 2\*). *Adseruatur in bibliotheca Lipsiensi exemplum editionis Scriuerianae maioris* (1607), quo ut *Heidelbergae* uti mihi liceret *Naumanni bibl.* illius praefecti comitate factum est. *Habet ille liber has praescriptiones: a) in inuolucris interiore parte 'Fl. Vegetium cum XIII Mss. Codicibus in Galliano (sic!) CIO IOLXXXII* (1582) diligenter fideliter conlatum quintoque libro de Praeceptis *Navalibus auctiorem familiariter nimis a me cum multis aliis quae rariora conquisieram commodato sumsit (durius non dicam ne Manes sollicitem (sic!)) Ludouicus Carrio: S. Paul. Merula Cosmograph. Part. II lib. IV pag. 1033.'* — b) eodem loco infra: '*Liber Joan. Stark Lunaeburgensis.*' — c) in ea pagina, in qua titulus inscriptus est, ad uocem impressam 'libri' haec sunt addita manu scripta: '*cum Mss. uetustissimis collati*'; infra nomen, '*Gottlieb Kortte*'\*\*), germanicis litteris scriptum legitur; secuntur in eod. folio uerso:

'1) *Notat codicem MS membranaceum peruelustum ex Gudianis Guelfherbyti no. 82 de quo ita in fronte Gudius: (sequitur praescriptio Gudiana cf. supra p. XX). 'forma est propemodum quadrata, scriptura uetus et adcurata. Contuli anno 1726.'*

'2) *Ms. Puteanum aut alium Gallicum notat in Schedis Lindenbrogianis\*\*\*) Certae (sic!) Variantes istae in iisdem chartis eadem scriptae manu erant, quibus Notae Puteani in Velleium Paterculū.'*

'3) *Ms. Gottorpiensem notat quem aliis schedis quibus notas quasdam non prorsus ineruditas idem doctiss. Linden-*

\*) *Accedunt tandem fragm. Einsied. (I, 9) et excerptum Cusanum (14 'ex libris Flauii de arte bellica' cf. supra p. XIV.).*

\*\*) *Eiusdem Korttii 'Anonymi adnotationes in Vegetium' ab ipsius manu scriptae extant in bibliotheca Lipsiensi (Rep. IV 49<sup>b</sup>), quas Heidelbergae inspicere eiusdem Naumanni opera et humanitate mihi licuit.*

\*\*\*) *nobis Korttianus 2.*

'brogiu9 inscripserat excerptum sistebat, diserteque Gottorpiensem dixit.' Korttius ex hoc cod. praebet lectiones paucissimas; pertinet ad deteriorem familiam  $\delta P$ , si quidem hoc ex 'sublimitas' pro 'sub linea' (p. 25, 19), quae lectio cum cod.  $\delta P$  ei est communis, efficitur.

b) classis  $\pi$ .

15. Parisinus 7232. XIV. saec. membran. Ipse (a. 1866) contuli.

16. Gissensis 1256. XV. saec. Collationem huius codicis suam Otto (Commentar. critic. p. 250 sq.) publici iuris fecit. Contaminatus est hic codex cum  $\epsilon$ .

His duobus ad finem operis ideo amplius usus sum, quia VD eo loco sunt manci.

17. Korttianus 3 uide supra.

### III. Codices examinati neque adhibiti.

18. Dresdensis D 182, in quarto, XI. saec. ineunt. Priore parte (fol. 1—62) argumenti geographici libri nonnulli continentur (cf. Itiner. Antonini ed. Parthey et Pinder p. XVIII (1848)). Praepositus Ragenerus ('Rainer', qui ineunte XI. saec. uixit (cf. Gall. christian. IX 165) dono dedit hunc codicem ecclesiae Remensi sanctae Mariae; est autem haec praescriptio ab eodem manu eisdemque litteris exarata, quibus ipse codex; unde Du Rieu aetatem, quae uulgo saec. X. habetur, ad XI. promouit. Manus recentior fol. 2. et 64 adscripsit: 'Codex monasterii sancti michael in monte I<sup>20</sup> prope  $\text{bbbg. S. 20.}$ ' et 'codex monasterii sancti michael' in monte prope  $\text{bbbg. 1791.}$ ' Unde sequitur et uolumina olim duo et hunc librum in bibliotheca Bambergensi fuisse; inuolucrum autem saeculo 15 uel 16 tribuendum uidetur; prioris partis atramentum a nigriore partis posterioris ualde est diuersum; ipsae manus, quae codicem exarauerunt, duae uel tres sunt. Falkenstein (catal. b. Dresd. 1839) codicem anno 1438, cum monasterium illud direptum esset, sublatum opinatur. Fuit deinde ex libris J. G. ab Eckhart, denique ex bibliotheca Ch. G. Schwarzii,

*prof. p. Altorf.. Auctore Ebertio (p. 284) Schneider Saxo a. 1819 eum adhibuit, postea Fr. Haase (cf. l. l. p. 11). Secunda manus permulta correxit, non ubique recte emendauit. Passim apparet scriptura secundae manus perantiqua; eidem glossas interlineares haud ita paucas debemus. Folium antepenultimum periit. Examinauit denuo Du Rieu, qui nobiscum, quae de hoc codice disseruimus, communicauit et specimina dedit. Pertinet ad pessimam familiam (λ).*

19. *Cottonianus (Lond.) (Cleopatra D. I.) saeculi X. uulgo perhibetur, sed saeculo XII. eum Holder adiudicat amicus noster, qui codicem hac ex parte (a. 1867) accuratissime examinauit. Huius codicis, item cod. 17 et 18 specimina Dr. Wright (a. 1866) summa cum beniuolentia et comitate mihi misit; ex quibus id mihi satis perspicuum est, hunc codicem ex P eoque iam a P<sub>2</sub> (satis antiqua manu) correcto fluxisse. Quamobrem eum prorsus non in censum uocauimus. Cum hoc artissime cohaerent:*

20. *Codex (Lond.) bibl. Reg. 15C IV (XI. saec., immo teste Holdero XIII.) et*

21. *Harleianus 3859 (sec. catal. (1808) X. saec., teste Dr. Wright XII. s., auctore Holdero XIII. exeuntis).*

22. *Cod. Vat. Reg. 1286 membr. in fol. binis columnis exaratus saec. XII. uel XIII. incip. (auctore Du Rieu), olim Petauii, Parisios delatus, sed inde reuersus. Pertinet ad corruptissimam familiam λ. Contulit Du Rieu.*

23. *Ambrosianus D2 sup., membr., in octauo, saeculi XII., ut testatur catalogus, sed auctore Du Rieu re uera est recentior librariumque codicis antiquioris scripturam imitatum esse apparet. Folia ultima quattuor (inde a IV 40 usque ad finem) ab alia manu scripturae paulo maioris item XIII. uel XIV. saec. exarata sunt. Inscriptio haec est 'Flauii Vegati Renati. Viri illustris. institutorum | rei militaris liber primus incipit feliciter'. Olim emptus erat ab haeredibus Caesaris Rowidii senatoris Mediolanensis (1606). Codicis huius folia duo ultima continent librarii recentioris uersus nescio quos. Examinauit Du Rieu; quaedam de hoc codice iam, antequam apparatus suum Du*

Rieu misit (1867), *Ceriani uir reuerendissimus mecum liberalissime communicauerat. Pertinet ad familiam δ operae-que pretium uidetur eum conferre.*

24. Parisinus 7233 XIV. saec. *Ad genus ε pertinet, sed pro sua aetate est corruptus. Ipse contuli (a. 1866).*

IV. Codices antiqui, qui num etiam nunc extent aut ubi sint, nescitur.

1. *'De hystoria nabutae I\*) in quo et uegecius de re militari et quaestiones albini etc.'* Haec docet catalogus, qui inest in codice Lassbergiano sacramentarii Gregorii Magni IX. saec.

2. *In eodem catalogo 'Vegecius uolumen' memoratur. De quo catalogo cf. Serapeum I (1840) p. 81—85.*

3. *Sangallensis 'Vegetii de re militari in uol. I', quem catalogus IX. saec. (a. 850—900) Sangallensis exhibet; Istos autem libros 'domns grimaldus de suo dedit ad scm Gallum'. cf. Serap. II p. 23.*

4. *Bobiensis Nr. 163 eius catalogi, quem a. 1461 conscriptum Peyron una cum fragmentis Ciceronis pro Scauro Tullio in Clodium orationum edidit (a. 1826); 'Vegetii de arte militari. In littera longobarda'. Ex quo additamento nudo — aliter 'In littera grossa legibili' adiectum esset — hunc codicem non ante saec. X/XI. conscriptum fuisse censeo.*

5. *'Flauii Viceti Lib.' refert Corbeianae bibliothecae catalogus XII. saec.; cf. Serap. II p. 109 et Haase l. l. p. 9.*

6. *'Item Negocius de re militari. et Gestis romanorum imperatorum ab augusto usque ad theodosium', catalogus bibliothecae Constantiensis anno 1343 confectus testatur. Recte Haase (l. l.) 'et Gesta' emendat; 'Negocius' autem ille 'Vegetius' uidetur. Cf. Serap. I, 49—58.*

7. *Librianus 1028 ('catalogue of the splendid manuscripts formed by Gugl. Libri, — sold by auction London 25. March 1859', p. 230, ubi uideas specimen scripturae et lectionis) XI. (immo XII.) saec. cf. supra p. IV not. et VIII.*

\*) i. e. unum uolumen.

8. *Laureshamensis*\*) 'peruetusti' mentio fit sub XLIX. 1 in breuiario X. saec. (Pal. 1877), quod in bibl. Vaticana adseruatur (cf. Ang. Mai *Spicilegium Romanum V p. 189*). 'Flauii Vegetii Renati Viri inlustris epitoma rei militaris libri numero IIII in uno codice'.

## V. Codices non examinati.

### XII. saec.

1) *Montepessulanus* 133 (*Catalogue général etc. I 334*) u. p. XI. Inest etiam Cicero de officiis.

### XIII. saec.

2) (teste Schwebelio) 1 *Gudianus* (*Guelpherbytanus B uide Schw. praef. p. II*). Ex iis, quae pauca Schweb. ex hoc codice publici iuris fecit, eum aliquatenus a G pendere uerisimile est. — 3) 1 *Laurentianus* (*Band. IV 175*) cum aliquot scholiis. Inscribitur 'Flau. Veg. R. uiri ill. de arte bellica l. IV ad Valentinianum Augustum' cf. p. IV not. — 4) *Leidensis bibl. publ. Lat. F 62.* (teste Du Rieu). — 5) *Leidensis Vossianus Lat. F. 93* (fragmentum siue excerptum).

### XIII. saec. exeuntis.

6. *Harleianus* 2475 'Fl. Veg. institutorum rei militaris libri IIII'. Exaratus anno 1297 Parisiis a Petro de Pass. — 7. (teste Maximiliano Muellero V. Cl., qui summa cum comitate de Bodleianis me certiore fecit) *Oxonienis* (*Auct. F. 3, 2*) 'Incipit liber primus flauii uegaci uel uegeci renati uiri illustris epytoma'; mutilus.

### XIII.—XIV. saec. (teste Du Rieu).

8) 1 *Laurentianus* (*Band. III 407, XIII et XIV saec.* 'Vegetii de re militari libri V'). — 9) *Vat. Regin. 1274* in fol. min., olim *Claudii Fauchetii regii Consiliarii curiae Monetarum praesidis*. 'Flauii Vigetii Renati uiri illustris epythoma rei militaris libri numero quattuor incipiunt. — 10) *Urbinas 939* in quarto minore. 'Fl. Vegetii

\*) *Wilmanns* (*Mus. Rhen. XXIII, 3 p. 406*) hunc codicem *Pal. 909* (nobis II) esse perperam opinatur.



liber incipit foeliciter<sup>2</sup>. — 11) *Urbinas* 456. — 12) *Leidensis Vossianus Lat. Q 59.* (teste Du Rieu).

*XIV. saec.*

13) *Harleianus* 2551 'Eustropii flauii uegecii renati illustris comitis constantinopolitañ ualentino augusto consuli epitomia institutionum rei militaris de commentariis traiani et adriani fortuni.' — 14) *Harleianus* 2667 'Fl. uegecii epitome rei militaris'. — 15) *Bodleianus* 242. — 16) *Lipsiensis XCI m* (cat. Naum.). — 17) (teste Schwebelio) 1 *Gudianus* (*Guelpherbytanus C* cf. *Schweb. praef. p. III*); quem codicem cum *Dresdensi* cohaerere *Bethmanus* in litteris ad *Baehrium V. Cl.* datis adfirmauit. — 18) *Donaeschingensis* 21 (*Lassberg. 96*). (cf. *Barackii catal.*). 'Flauij uegecij Renati uiri illustris Epitoma Institutorum Rei militaris libri numero quatuor de Comuentarijs (sic!) Catonis Augusti Traiani et Adriani nec non etiam Frontini?' ('de comm. — frontini' etiam in *G* nostro ab altera manu addita legas). — 19) *Turonensis* (teste *Haenelio* (in *catalog. libr. man. an. 1830*)); ceterum 'nonnullos' *Turonenses Montefalconius* (*bibl. bibliothecarum 1739*) refert. — 20 — 23) *Parisini* 5719. 6476. 7242. 7243. — 24) 1 in *bibl. Scorialensi* (t. *Haen.*). — 25) 1 in *bibl. Sancti Isidori in urbe Madrid* (t. *Haenel.*). — 26) 1 *Laurentianus* (*Band. II 316*), 'Vegetii de disciplina militari libri IV ad Valentinianum Augustum'. — 27) *Vaticanus* 2193. — 28) *Vatic. 4494* 'Eutropii Flauii Vegetii renoti uiri illustris comitis Constantinopolitani Valentino Augusto Consuli epithoma institutorum rei militaris de com. tr. etc.' (cf. *Harl. 2551*). — 29) *Vaticanus* 4497 (binis columnis conscriptus). 'Flauii Vegeti Renati uiri illustris comitis sac̄. epithoma rei militaris libri III<sup>or</sup>' (cf. *II nostrum*). — 30) *V. Regin.* 1512 cf. p. IV not. (diserte quinque libros agnoscit). — 31) *Palatinus* 945 (a. 1348 script.) incipit per *Eutropianam* subscriptionem. — 32) *Urbinas* 1362. — 33) *Montecassinensis* 362. — 34) *Ambrosianus R 6 sup.* — 35) *Librianus* 1029 (*catal. p. 230*; ubi nunc est?)

*XIV. s. exeuntis.*

36) *Ambrosianus G 83.* 'Incipit liber Flauii Vegetii Renati uiri illustris epithomatum institutorum rei militaris

*ad Theodosium imperatorem feliciter*. — 37) *Ambrosianus I 108 sup. A Porta Neapolitano ineunte septimo decimo saeculo bibl. Ambr. dono datus.* — 38) *Ambrosianus B 91 sup. 'Flagi Vegetii etc.'* — 39) 1 *Laurentianus (Band. IV 151).* — 40) 1 *Laur. (Band. II 608) a. 1396 scriptus.* — 41) *Amplonianus (Erford.) 1399 exaratus. cf. Haase p. 16. XIV.—XV. saec.*

42) *Vat. Reg. 1564; perierunt I c. 2—10.* — 43) 1 *Patauinus in archiuo eccl. capit. B 47 (teste Du Rieu).*

*XV. saec.*

44) *Vaticanus 4492 chart. (a. 1408 script.).* — 45) *Vatic. 5352 chart.* — 46) *Vat. Regin. 1880 (uide p. XXIII).* — 47) *Vat. Reg. 1983 chart.* — 48) *Urbinas 1221.* — 49) *Ottobon. 1964 chart.* — 50) *Venetus cl. 14 Nr. 130 chart.* — 51) *Venetus cl. 8 Nr. 11.* — 52) *Venetus cl. 14 Nr. 128.* — 53) *Venetus cl. 13 Nr. 400.* — 54) 1 *Laurentianus (Band. II 357; 'Fl. Veg. Ren. V. Ill. de re militari ad Theodosium felicem imperatorem libri IIII').* — 55) 1 *Laurentianus (Band. II 358).* — 56) 1 *Laurentianus (Band. III 392).* — 57) *Ambrosianus D 4 'P. (sic!) Vegetii rei militaris diligentissimi atque disertissimi scriptoris Romani peregrineque antiquitatis inc. fel.'* — 58) 1 *in urbe Seulla (teste Haen.).* — 59. 60) 2 *in urbe Toledo (t. Haen.).* — 61. 62) 2 *in urbe Madrid (t. Haen.).* — 63—73) *Parisini 2454. 3609 b. 5691. 5697. 6106 a. 7234. 7235. 7384. 7385. 7386. 7387.* — 74) *Argentiniensis A IV 19 cf. Haase p. 17.* — 75—79) 5 *Vindobonenses: Nr. 63. 310. 313. (Tabulae cod. m. ed. acad. Caesarea Vindobon. vol. I (a. 1864)). 3154 chart. 3212 chart. (tab. etc. vol. II (a. 1868)).* — 80) 1 *Pragensis chart. 'Vegecii Flavi Renati uiri illustris liber de disciplina militari deque arte pugnandi etc.' cf. Haase p. 17.* — 81) *Monacensis 522 (scr. ann. 1467/68) cf. Haase p. 18.* — 82) 1 *Treürensensis (cf. supra p. XXII).* — 83) 1 *Lisensis.* — 84) *Rehdigeranus sect. I, 2 (Vratislau.) scr. a. 1468.* — 85) *Leidensis bibl. publ. Lat. 192.* — 86) *Leidensis Vossianus Lat. Q 115 chart.* — 87) *Bodleianus (bibl. canon.) 268 chart.* — 88) *Bodleianus (b. c.) 274*

manu Jacobi Curli mandante Alfonso V. rege Aragoniae et utriusque Siciliae bene exaratus. In fronte cod. est imago regis armati equitantis picta cum insignibus regis subiectis. 'Flavii Vegetii Renati comitis Etolii epythoma institutionum rei militaris'. In calce 'Flavii Vegetii uiri illustris comitis Atilii epythoma de institutis rei militaris libri quinque expliciunt feliciter de commentariis Augusti Traiani Adriani Catonis Cornelii Celsi Frontiniani Paterni et aliorum abstracti'. cf. Haase p. 16.

XV. saec. exeuntis.

89) Leidensis bibl. publ. Latin. 128.

Accedunt multi alii libri, quorum aetatem non cognoui. Ex quibus plerosque antiquiores catalogi impressi earum bibliothecarum suggererunt, quarum recentiores catalogi aut non extant aut a me ut inspicerentur fieri non poterat. Ceterum nescio an unus alterue horum librorum manuscriptorum iam supra a nobis sit relatus. Sunt autem hi 23 ex Montefalconii bibliotheca bibliothecarum manuscriptorum [9 Petauiani (cf. supra p. XXXII), 1 in archiuo basilicae S. Petri, 1 Sueco-Vatic. 519 (Regin. nunc Nr.?), 1 fragm. in cod. Ioa. Salisber. Sueco-Vatic. 1868 (Regin. nunc Nr. ?), 1 'de arte militari' Sueco-Vatic. 1950 (Regin. nunc Nr. ?), praeter eum, quem supra laudauimus, 2 Montecassinenses, 1 Oliuetanus (adseruatus Neapoli?) mutilus, 1 in bibl. monasterii Benedictinorum beatae Mariae Florentinae (membr.), 1 'de disciplina militari' in bibliotheca patrum Minorum Caesenaе, quae olim fuit Malatistarum, 2 (?) Patauini 'de disciplina militari' et 'de re militari' (cf. supra Nr. 45), 1 Germanensis 1104 (Montef. p. 1114b.), quem desiderari catalogus, qui in Parisina bibl. adseruatur, manuscriptus testatur, praeter eum, quem supra attulimus, 2 Londin. Reg. (recentes teste Dr. Wright)]; praeterea Haenel l. l. 1 Glasgouiensis mentionem facit; 'Catalogi Librorum Manuscriptorum Angliae et Hiberniae in unum collecti cum indice alphabetico (Oxoniae e Theatro Sheldoniano an. dom. MDCXCVII)' in primo tomo, qui Oxonienses (Bodleian., Colleg.) et Cantabrigienses continet, Vegetii codices 6 Bodleianos (1382 (olim Laudens.). 1834 (olim Digbae-

ens.). 1926. 2166. 2579. 4059.) [cf. quos nos ex hac bibliotheca supra attulimus: Nr. 8, quem antiquissimum Bodleianae testatur M. Muller, 16. 86. 87), 1 ex coll. collegii Batiol. (418), 1 ex coll. collegii Lincoln. (1219), 2 Cantabrigienses (1686. 1886.), in tomo secundo, cuius pars prior 'libros manuscriptorum ecclesiarum cathedralium et al. celebr. bibl. in Anglia' complectitur, diuersarum bibliothecarum 9 Vegetii codices referunt: e bibl. collegii Etonii sub arce Windesoria 1834. 2348 cum uariis lectionibus in margine; ex Isaaci Vossii canonici Windesoriensis bibliotheca 2475 et 2530; Theyeri in comitatu Glocestriensi 6620; ex bibl. Henrici Langleyi in comitatu Salopiensi 7001; ex bibl. Eduardi Bernardi 7437; in aedibus Jacobaeis 8545 et 8546 (ad hos 8629 referri uidetur). Secuntur manuscripti ei libri, quibus Stemechius et Scriuerius editores usi sunt. Ille hos adhibuit: 1) H(iltorp.) 'liber manuscriptus quem a D. Melchiore Hiltorpio etc. accepi'; pertinet ad  $\lambda$  deterrimam familiam. — 2) N(amurcensis) 'fragmentum manuscriptum in quo duo libri priores Vegetii et magna pars tertii, donum adolescentis et optimi Gulielmi Masnuy Namurcensis'; quantumuis congruat cum G, in compluribus tamen locis  $\delta P$  familiae lectiones sunt intrusae. — 3—6) 'Susiani quattuor libri manuscripti, qui apud nobilissimum ac doctissimum uirum Iacobum Susium'; nullius fere pretii; tres eorum ex  $\epsilon$  fluxisse uidentur. — 7) 'B liber Bonnensis' (hodie ibi desiderari uidetur; cf. Klettii catalog. (progr. uniu.) (1859)) 'manuscriptus, cuius lectiones petiit ex Notis Franc. Modii;' pertinet ad  $\delta P$ . Scriuerius octo manuscriptis se usum esse in praefatione ed. suae a. 1632 profitetur; inter quos quattuor Palatinos (nos tres tantum (Pal. 909. 945. Lauresham. cf. p. XXXIII) cognouimus) refert; ceteros Leidenses fuisse probabile est. Editionem, quam Valartus curauit Paris. a. 1762, 'V. institutorum rei militaris l. IIIP', qui secundum 25 codices textum Vegetii se recensuisse gloriatur, quod nullo pacto inspiciendi mihi data est copia, maximopere doleo. Duo codices iam restant, quos fama tantum noui: Peirescianus et Choriarius, quos Fabric. in bibl. lat. (sub Vegetio) commemorat.

*Quasi appendicem ad codicum recensum eos libros manuscriptos adicio, in quibus aut uersiones Vegetii aut partes quaedam ex eius opere extractae continentur. Prioris generis in catalogis hos repperi manuscriptos:*

1) *Boni Giambonii italica Vegetii interpretatio (cod. Riccardianus (Florent.) saec. XIII. cf. supra p. XXII. XXIII. — 2) Durlacensis (nunc Carlsruhensis) 242 XIV. s.: Vegetius germanice translatus et Comiti Ioanni in Lupffen Landgrauio Stielingae Domino in Heider dedicatus a Lud. Hohenwanga Valle Elchingae, cum iconibus; (Nr. 241 eiusdem bibliothecae est Vegetius iconographus sine textu, qui auulsus esse uidetur, cum notis hic illic latine adscriptis). — 3) 'Vegetius translated (by John Lydgate?)' in bibl. Bodleiana (teste illo catalogo (1697), quem supra laudauimus, sub Nr. 1479). — 4) 'Vegetius de re militari anglice uersus et Thomae Baroni de Berkeley nuncupatus' cat. a. 1697 I, 2 (Oxon. Coll. St. Mariae Magdal.) Nr. 2171. — 5) 'Translation of Veg. de re militari' (XV. saec. 'by Clifton') Nr. 285, 74 in catalogo bibl. Landsowniae (1819)). — 6) 'an imperfect copy of a translation of Vegetius de Re militari containing three books out of the five' Harleianus 67612, 2. — 7) 'Végèce de la Chose de Chevalerie in old french with figures (ex bibl. Samuelis Pepysii, Nr. 6796 catal. supra laudati (a. 1697) II, 1). — 8) Livre de Végèce de Chevalerie translated de Latin en François, in pergamena. fol.' (ibid. Nr. 9376 ex bibl. Joannis Mori Episcopi Noruicensis). — 9) Vat. Regin. Montefalc. C. b. 30b: uersio franco-gallica Joannis de Meun. — 10 et 11) Eiusdem uersio franco-gall. in cod. bibl. Mazarin. (Paris.) Nr. 227 et 228 (cf. Haenel l. l. p. 345). — 12) fragm. uersionis ital. Laurent. (Band. V 408).*

*Excerpta ex Vegetio praeter E nostrum et Cusanum, quod supra laudauimus, haec mihi occurrerunt:*

1) 'Extracta de Vegecio' Harleian. 957. — 2) Oxoniensis (cat. laudat. (1697) I 2 Nr. 1881 e coll. collegii Joh. Baptistae). — 3) ibid. II 1 Nr. 8547 'Veg. abbreviatus' (in aed. Jacobaeis). — 4) (Pseudo-)Cato de re militari i. e. excerpta ex Vegetio, quae in cod. Riccard. (Florent.) 710

*XV. saec. chart. continentur (cf. H. Keil Philol. 1850 p. 175). — 5) Basileensis FV, 6.*

*Collationes nonnullas uirorum doctorum manuscriptas in bibl. Leidensi adseruari me certiore fecit Du Rieu: huc pertinent etiam Nr. 2769 (Isaaci Vossii) et 7540 (Eduardi Bernardi) in catal. laudato (1697) II 1.*

*De editionibus aliisque libris impressis, qui ad nostrum spectant, praeter Fabric. bibl. lat. III p. 174 sq. confer Schweigeri 'Handbuch der classischen Bibliographie' (a. 1830) p. 1121 sq. et 1302 et Gruessei 'Trésor de livres rares et précieux (a. 1867)' VI 2 p. 270 sq.; recentiores franco-gallicae Vegetii interpretationes hae mihi sunt notae: 1) editio Didotiana (Paris. 'bibliothèque latine avec la traduction française sous la direction etc. de M. Désiré Nisard, uolumen extremum cum textu latino Schwebelii): 2) Editio Dubochetiana (Paris. apud Dubochet et Lechevalier a. 1849 cum textu latino); 3) ea uersio, quam a. 1859 curauit Victor Develay (Parisiis apud Corréardum XVIII et 239. 8.).*

*Restat, ut eis uiris, qui in edendo Vegetio alio modo me adiuerunt, gratias agam quam plurimas. Praeter omnes illos uiros dd., quos suo quemque loco in codicum recensio honoris causa nominavi, summa cum ueneratione laudo illustrissimum Magno Duci Badd. Ministerium rerum exter., per quod peropportune mihi cecidit, ut Q codex Parisinus Heidelbergam transmissus duos menses ibi permaneret; laudo Feruccium V. Cl., bibl. Florentinae praefectum, qui beniuolentissime schedam illam graecam, cuius initium ad III 26 subieci, in meum usum describendam curauit; laudo denique summa cum obseruantia atque studio Baehrium nostrum V. Cl., qui, qua est eximia humanitate, cum summam suam mihi nauauit operam, singulari me beneficio obstrinxit.*

*Scripti Heidelbergae idibus Ianuariis 1869.*

## Addenda et corrigenda\*).

- p. 7, 20 *V. L.* [cursu] e camp. ex. **suspignor del.**  
*ibid. V. L.* ex nandaf eras. *Q*, non ex nandus er. *Q*.  
 8, 11 *V. L.* adde: ferre (non per) laborem usu militiae discebat *Sallustium scripsisse censet Lud. de Sybel (thes. ad commentationem de repetitionibus uerborum in fabulis Euripideis (Bonn. 8. 1868) adiecta).*  
 9, 6 *V. S.* ad incommoda Oud. adde: III. C. (i. e. trium cubitorum) *Chorierii cod. cf. Fabric. bibl. lat. III p. 175.*  
     ī in 2  
 10, 22 adde: incerta et uaria genera *P*.  
 11, 17 praetemptandus non pertemptandus (*V. L.* pert. π').  
 12, *V. L.* init. 3 non 4.  
 18, 23 obpugnatione non opp.  
 19, 13 scutati non scutari.  
 20, 18 *V. L.* A'Π non A'π'.  
 21, 4 *V. L.* praemitte Halanorum *V*.  
 22, 22 armatura non armaturae (*V. L.* armaturae *O*).  
 23, *V. L.* adde: 9 potest δ*P*.  
 24, Numeri, qui lineas indicant, non satis recti sunt.  
 26, 10 [et caute] castra possit non [et caute] possint (*V. L.* possint ε).  
 29, *V. L.* in subscriptione Secundus (II *DG*) non Sec. (II *G*).  
 30, 4 duxerunt non duxerint.  
 34, 10 *V. L.* ut censerentur *Eε* non ut — c. *E*.  
 34, 19 alius non alios.  
 34, 21 pone comma ante antequam.  
 37, 17 et 18 Deum non deum.  
 38, 18 pone comma post DLV.  
 39, *V. L.* praemitte 9 numero XXX.  
 41, *V. L.* 17 [hom. reg. etc.] non 13 [h. r. etc.].  
 43, 10 pone comma post aquae ductus.

---

\* In apparatu primi libri falso interdum ad unum eundemque locum spectantes uariae lectiones nimis amplo spatio sunt disiunctae.

- p. 44, 22 *S. L.* incēdit non incaedit.  
 45, 9 *V. L.* possint εΠ sine puncto.  
 45, 10 nimium bellicosos non [nimium bellicosos]. (*V. L.*  
 '[n. b.] Lang' del.; locus est sanus).  
 46, 5 ; non :  
 46, 20 pone comma post omnia.  
 46, 21 suas non suos.  
 46, 22 adde: tergere [curare]?  
 51, 1 *V. L.* adde: quia nocuit?  
 52, 19 *V. L.* adde: posset P.  
 54, 16 quotiens non quoties.  
 58, 8 *S. L.* adde: nobellus Π.  
 59, 9 *V. L.* monoxylis ΠMQP non m. ΠMQ.  
 63, 9 tacticos non tecticos.  
 64, 14 *V. L.* sit non sit.  
 65, 2 *V. L.* xerxif IID non xerxif π'.  
 ibid. *V. L.* xerxif VλP non xerxif λP.  
 66, 12 *V. L.* auxiliariumue non auxiliarumue.  
 70, 9 pone comma post declinarant.  
 70, 19 et 20 dele commata post uectes et feriendo.  
 72, 1 pone comma post instituit.  
 72, 15 referuntur non referuntur.  
 73, 8 multa non muta (*V. L.* muta δP).  
 75, 1 praecipere non praecipere.  
 77, 7 [prae] non [prae].  
 78. numeri, qui lineas indicant, non satis recti sunt.  
 79, 2 torrentes et impedito non torrentes impedito.  
 79, 7 ; non ,.  
 79, 10 *S. L.* imped., non inped.  
 80, 2 inponunt non inponuntur.  
 80, 3 *V. L.* aequitibus, non aequitibus.  
 80, 4 *V. L.* sociis αΠD non s. εΠD.  
 80, 9 dele comma post pons.  
 81, 8 , postremo non . Postr.  
 84, 5 dele comma post uigilias.  
 84, 13 subuectio non subiectio.  
 89. *V. L.* 17 non 16.  
 90, 2 *V. L.* probatis A<sub>1</sub> non probatis A.  
 93, 12 *V. L.* dele Π post redderentur.  
 94, *S. L.* adde: 3 imperitiam Π; item uerbis non caissent  
 praemitte: 3.  
 94, 10 pugna; non pugna.  
 94, 11 et non Et.  
 94, 12 Monitis tamen et adhortatione ducis non M. ta-  
 men adhortatione et ducis.  
 95, 17 peditibus non pedibus.  
 95, 19 eligere, non eligere;.  
 96, 3 imperiti non inperiti (*S. L.* dele imperiti A'Π),



- p. 99, 12.** Sine aliqua dubitatione difficultatis *non* sine aliqua difficultate (*V. L. s. aliqua diff. π'*).
- 100, 12** globos, hostium *non* globos hostium, .
- 104, 4** cornumque *non* cornuque.
- 112, 19** subsessas *non* subsesses.
- 113, 15** *S. L. transpone in V. L.*  
*ibid.* Quarti (III Q)μ *non* Quarti μ.
- 129, 5** locorum *non* lococum.
- 131, 18** sed *non* sed et (*V. L. sed et εP*).
- 132, 6** exurenda, uini *non* exurenda. Vini.
- 132, 13** Inbellis *non* In bellis.
- 142, 2** turre *non* turri.
- 154, 9** *V. L. adde: cf. Sillig ad Plin. 3, 46.*
- 157, 9** gentium *non* urbium (*V. L. urbium EII*).
- 163, 17** *V. L. ΓμΠP non ΓμΠ.*

## Codicum sigla.

<p><i>A</i> = Par. 7230 cf. p. XIX.</p> <p><i>M</i> = Monacensis 6368 cf. p. XX.</p> <p><i>G</i> = Guelpherbytanus Gudianus 84 cf. p. XX.</p> <p><i>Q</i> = Parisinus 7383 cf. p. XXI.</p> <p><i>L</i> = Laudunensis 428 cf. p. XXI.</p> <p style="padding-left: 2em;"><i>ε</i> = <i>AMGQL</i></p> <p style="padding-left: 2em;"><i>α</i> = <i>AMG</i></p> <p style="padding-left: 2em;"><i>α'</i> = <i>AM</i></p> <p style="padding-left: 2em;"><i>A'</i> = <i>AG</i></p> <p style="padding-left: 2em;"><i>μ</i> = <i>MYL</i></p> <p style="padding-left: 2em;"><i>λ</i> = <i>QL</i></p>	<p><i>E</i> = excerpt. Vatican. 2077 cf. p. IV. X. XVI—XVIII.</p> <p><i>Π</i> = Palatinus 909 cf. p. XXIV—XXVI.</p> <p><i>V</i> = Vaticanus 4493. cf. p. XXVI.</p> <p><i>D</i> = Parisinus 7231 cf. p. XXVII.</p> <p><i>P</i> = Perizonianus <i>F</i> 17 cf. p. XXVII. XXVIII.</p> <p style="padding-left: 2em;"><i>π</i> = <i>ΠVDP</i> (inde a IV 31 = <i>ΠVP</i>)</p> <p style="padding-left: 2em;"><i>π'</i> = <i>ΠVD</i></p> <p style="padding-left: 2em;"><i>δ</i> = <i>VD</i></p>
---	---

*O* = omnes cod.

Alterae manus, quas rarissime respeximus, addito numero sunt significatae; *i*, *a*, *m* etc. sunt litterae erasae. *V. L.* = varia lectio; *S. L.* = supplementum lectionis, quo errores manifesti et mere orthographica continentur.

FLAVII VEGETI RENATI VIRI ILLUSTRIS  
COMITIS EPITOMA REI MILITARIS LIBRI III.

---

[Primus liber electionem edocet iuniorum, ex quibus locis uel quales milites probandi sint aut quibus armorum exercitiis imbuendi. Secundus liber ueteris militiae continet morem, ad quem pedestris institui possit exercitus. Tertius liber omnia artium genera, quae terrestri proelio necessaria uidentur, exponit. Quartus liber uniuersas machinas, quibus uel obpugnentur ciuitates uel defendantur, enumerat; naualis quoque belli praecepta subnectit.]

---

*De inscriptione operis uide praefationem.* 1 primi libri  
 $\Pi$  lectionem  $\delta$  2 militif  $A$  sunt  $\Pi$  4 ad quem]  $\epsilon P$   
 et quem ammodum  $\Pi$  aut quemadmodum  $\delta$  institui]  
 instrui uulgo 5 terrestri] in terrestri  $\pi'$  6 praelio  $\Pi$   
 7 obpugnantur  $\Pi$  oppugnantur  $\epsilon \delta P$  8 nauales  $A_1$ . quo-  
 que] que  $V$  Comma naualis — subnectit abest a  $D$  elenchum  
 librorum primum comma lib. I, c. 1 In omni — uictoriam in omni-  
 bus codicibus sequitur suoque loco deest.

---

[Incipiunt capitula libri primi:

- I. Romanos omnes gentes sola armorum exercitatione uicisse.
- II. Ex quibus regionibus tirones legendi sint.
- 5 III. Utrum ex agris an ex urbibus utiliores sint tirones.
- III. Cuius aetatis tirones probandi sint.
- V. Qua statura iuniores probandi sint.
- VI. Ex uultu et positione corporis agnosci in eligendo qui meliores possint esse tirones.
- 10 VII. Cuius artis tirones uel eligendi sint uel respuendi.
- VIII. Quando tirones signandi sint.
- VIII. Ad gradum militarem et cursum et saltum exercendos tirones.
- X. Ad usum natandi exercendos tirones.
- 15 XI. Quemadmodum ad scuta uimineae uel ad palos antiqui exercebant tirones.
- XII. Non caesim sed punctim ferire docendos tirones.
- XIII. Armaturam docendos tirones.
- XIII. Tirones exercendos ad missibilia iacienda.
- 20 XV. Sagittis diligenter tirones inbuendos.
- XVI. Ad iactandos lapides fundis exercendos tirones.

1 Incip. etc.] Item tituli libri primi  $\Pi$  Incip̄ tituli libri  
 primi  $\delta$  [I. c. l. p.]  $M$  2 exercitatione  $\equiv A$  4 tyrones  
*et sic constanter*  $A\mu\pi$  4 sunt  $\mu\pi$  5 sunt  $Q$  6 tyrones pro-  
 bandi] t. legendi  $\delta$  sunt  $\pi'$  8 legendo  $\pi'$  9 possunt  $\pi'$   
 tyrones cognoscuntur  $PQ$  10 eligendi [sint] uel resp.  $\varepsilon P$   
 elig. sunt u. r.  $\Pi$  legendi sunt u. r.  $\delta$  11 st̄  $\Pi$  12 gratū  $M$   
 16 exercebant  $M$  18 Armatura  $PQ$  19 missilia  $\pi Q$   
 iacienda  $\mu$  iacienda *ex iacienda corr.*  $P$  20 inbuendos  $\Pi$

- XVII. De exercitio plumbatarum.
- XVIII. Quemadmodum ad ascendendos equos tirones exercendi sint.
- XVIII. Ad portandum pondus exercendos tirones.
- XX. Quo armorum genere usi sint antiqui. 5
- XXI. De munitione castrorum.
- XXII. In qualibus locis constituenda sint castra.
- XXIII. Quali specie castra delinienda sint.
- XXIII. Quo genere munienda sint castra.
- XXV. Quemadmodum munienda sint castra, cum hostis in- 10  
mineat.
- XXVI. Quemadmodum exercentur tirones, ut in acie ordines  
et interualla custodiant.
- XXVII. Quantum spatium ire uel redire debeant uel quotiens  
in mense exerceri, cum educuntur milites ambu- 15  
latum.
- XXVIII. De adhortatione rei militaris Romanaeque uirtutis.]

1 De exercitatione  $\Pi$  2 exercendi sunt  $\delta$  [exercendi  
sint]  $\alpha P_1$  exercē  $Q$  4 pondus] opus  $D$  5 (uisi  $\Pi$ ) ge-  
nera  $Q$  sunt  $\mu\pi$  7 qualibet  $\Pi$  quibus  $\delta$  8 Qua  $\delta$   
del. f. c.  $A'$  delinienda  $\alpha'$  delinienda  $GQ\pi'$  deliminanda  $P$   
9 g. castra m. f.  $D$  genera  $Q$  immineat  $A\pi$  10 XXV. om.  $\delta$   
12 [ut — custodiant]  $\varepsilon P$  14 quantu  $M$  quoties  $PQ$   
15 ad ambulatum  $PQ$  ambulandum  $D$  ad ambulandum *ex cor-  
rectione*  $V$  17 De ordinatione  $\Pi$  de adortatione  $G$  *Se-  
quenti prologo*  $\Pi$  *praemittit*: Incipit prologus libri eiusdem.  $V$ :  
praefatio nunc loquitur.  $D$ : praefatio nunc l. ad diuum theo-  
dosium et augustum caesarem imperatorem.

## LIBER I.

Antiquis temporibus mos fuit bonarum artium studia mandare litteris atque in libros redacta offerre principibus, quia neque recte aliquid inchoatur, nisi post Deum fauerit imperator, neque quemquam magis decet uel meliora scire uel plura quam principem, cuius doctrina omnibus potest prodesse subiectis. Quod Octauianum Augustum ac bonos dehinc principes libenter habuisse frequentibus declaratur exemplis. Sic regnantium testimoniis crebuit eloquentia, dum non culpatur audacia. Hac ego imitatione compulsus dum considero clementiam uestram ausibus litterarum magis ignoscere posse quam ceteros, tanto inferiorem me antiquis scriptoribus esse uix sensi, licet in hoc opusculo nec uerborum concinnitas sit necessaria nec acumen ingenii, sed labor diligens ac fidelis, ut, quae apud diuersos historicos uel armorum disciplinam docentes dispersa et inuoluta celantur, pro utilitate Romana proferantur in medium. De dilectu igitur atque exercitatione tironum per quosdam gradus et titulos anti-

---

V. L. 2 in libris *QδP* 3 nisi post deum fauerit (faberit α') imperator αII nisi post deum fuerit i. Q nisi praenotum fuerit imperatori *VP* n. praenotum fuerit principi *D* n. praenotum fuerit imperatori *Scriu. Mod. Barth.* nisi prius dominus noster fauerit [i.] *Oud.* 7 dehinc] deinceps δ 9 crebuit] creuit π ego] ergo Q 11 uerbis *GQP* litteratorum *Scriuarius* 12 tanto] quamuis *QP* [t.] δ uix sensi licet] αII uidissem. Scilicet *V* [u.] sensi tamen *DP* [u.] sensi licet tamen *Q* 15 ut quae] atq; α et quae *QδP* 17 dilectu] electione *P*

---

S. L. 1 bonarum] uenarum <sup>10</sup> II 2 redacta] redacta (*posterius a a 2 add.*) *A* 5 doctrina] doctrinā II 13 opusculo *A*, 31 (concinna] *corr. ex concinnata* *Q*) 17 dilectu] dilecto s 18 gradus α'

quam consuetudinem conamur ostendere; non quo tibi, imperator inuicte, ista uideantur incognita, sed ut, quae sponte pro reipublicae salute disponis, agnoscas olim custodisse Romani imperii conditores et in hoc paruo libello, quicquid de maximis rebus semperque necessariis requir- 5  
rendum credis, inuenias.

I. In omni autem proelio non tam multitudo et uirtus indocta quam ars et exercitium solent praestare uictoriam. Nulla enim alia re uidemus populum Romanum orbem subegisse terrarum nisi armorum exercitio, disciplina castrorum usuque militiae. Quid enim aduersus Gallorum multitudinem paucitas Romana ualuisset? Quid aduersus Germanorum proceritatem breuitas potuisset audere? Hispanos quidem non tantum numero sed et uiribus corporum nostris praestitisse manifestum est. Afrorum dolis atque diuitiis semper impares fuimus. Graecorum artibus prudentiaque nos uinci nemo dubitauit. Sed aduersus omnia profuit tironem sollerter eligere, ius, ut ita dixerim, armorum docere, cotidiano exercitio roborare, quaecumque euenire in acie atque 20  
proeliis possunt, omnia in campestri meditatione praenoscere, se uere in desides uindicare. Scientia enim rei

V. L. 1 quod *GV* 2 i. inuicte princeps i. o Theodosi diuorum auguistorum praecellentissime *D* ut] uti *D* 4 paruo εδ parco *Π* paruulo *P*<sub>1</sub> *Π* subiungit praefationi: Explicit prologus. Incipit liber primus. *V*: Explicit praefatio.

CAP. I. De transposito primo huius capituli commate uide praefationem et supra p. 1. 7 uirtus indocta] uires inerudite *Π* 13 aduersus] aduersum δ 14 audere] adire *Π* Hispanos] Spanos *Π* 17 dubitabit α' (in *M* fortasse correctum ex dubitauit) dubitabit corr. ex dubitauit *Q* 18 sollertem (sollert. *A*'*P*) ε*P* 19 cotid.] disciplinam cotidie δ 21 in proeliis π' possint *A*' 22 seuire (saeu. *M*) i. d. uindicando ε

S. L. 2 imperator] imperatur *A*' 5 quicquid] quodquid *A*'  
CAP. I. 7 proelio *Π* 10 orbem] urbem *A*<sub>1</sub> 11 usque] usq; *A*<sub>1</sub> quid] quod *A* 15 praestetisse *A*' 17 prudentia] prudentia α' 19 cotidiano *M*

bellicae dimicandi nutrit audaciam. Nemo facere me-  
tuit quod se bene didicisse confidit. Etenim in cer-  
tamine bellorum exercitata paucitas ad uictoriam prom-  
ptior est, rudis et indocta multitudo exposita semper ad  
5 caedem.

II. Rerum ordo deposcit, ut, ex quibus prouinciis  
uel nationibus tirones legendi sint, prima parte tractetur.  
Constat quidem in omnibus locis et ignauos et strenuos  
nasci. Sed tamen et gens gentem praecedit in bello et  
10 plaga caeli ad robur non tantum corporum sed etiam ani-  
morum plurimum ualet; quo loco ea, quae a doctissimis  
hominibus conprobata sunt, non omittam. Omnes natio-  
nes, quae uicinae sunt soli, nimio calore siccitas, amplius  
quidem sapere, sed minus habere sanguinis dicunt ac  
15 propterea constantiam ac fiduciam comminus non habere  
pugnandi, quia metuunt uulnera qui exiguum sanguinem  
se habere nouerunt. Contra septentrionales populi, re-  
moti a solis ardoribus, inconsultiores quidem, sed tamen  
largo sanguine redundantes, sunt ad bella promptissimi.  
20 Tirones igitur de temperatoribus legendi sunt plagis,  
quibus et copia sanguinis suppetat ad uulnerum mor-  
tisque contemptum et non possit deesse prudentia, quae  
et modestiam seruat in castris et non parum prodest in  
dimicatione consiliis.

V. L. 4 rudif  $\alpha\Pi$  quam rudif  $QP$  rudif autem  $\delta$   
CAP. II. 6 Uerum ordo *Schwebelius* [ut]  $\delta$  7 legendi  
 $\Pi$  8 [in]  $\delta$  10 plagaf  $A\mu P$  11 plurimum scire u.  $QP$   
quo loco  $\alpha P$  in quo l.  $\delta$  quae loca  $QP_2$  [ea quae]  $QP$   
12 omittam] omittamuf  $A$  obmittamuf  $G$  13 siccataf]  
siccitatif  $\delta$  14 dicuntur  $V$  15 ac] et  $\Pi$  16 qui] quia  $Q\delta$   
17 Contrario  $\Pi$  19 ad bella] in b.  $\Pi$  21 suppetit  $Q_1$   
24 confiliif] confilii  $\delta$ ; *fortasse tollendum*.

S. L. 1 demicandē  $A$  audatiam  $M$  2 dedicisse  $A$ ;  
3 ad uictoriā<sup>i</sup>  $A$  4 indoctam multitudo  $A$   
CAP. II. 6 prouintiif  $M$  11 ad doctissimis  $\alpha'$  13 calore]  
colore  $\Pi$  13 siccataf] siccataf  $\mu G$  siccataf  $A_1$  14 ac] hac  $A$   
15 fidutiam  $A$  15 conminuf  $\Pi$  19 prumptissimi  $M$   
20 temperatoribus] temperationibus  $A$  ( $\delta$ ) 24 demicatione  $\alpha'$



III. Sequitur, ut, utrum de agris an de urbibus utilior tiro sit, requiramus. De qua parte numquam credo potuisse dubitari aptiorem armis rusticam plebem, quae sub diuo et in labore nutritur, solis patiens, umbrae neglegens, balnearum nescia, deliciarum ignara, simplicis<sup>5</sup> animi, paruo contenta, duratis ad omnem laborum tolerantiam membris, cui gestare ferrum, fossam ducere, onus ferre consuetudo de rure est. Interdum tamen necessitas exigit etiam urbanos ad arma compelli, qui ubi nomen dedere militiae, primum laborare, decurrere, portare pondus et solem pulueremque ferre condiscant,<sup>10</sup> parco uictu utantur et rustico, interdum sub diuo interdum sub papilionibus commorentur. Tunc demum ad usum erudiantur armorum, et, si longior expeditio emergit, in agrariis plurimum detinendi sunt proculque habendi a ciuitatis inlecebris, ut eo modo et corporibus<sup>15</sup> eorum robur accedat et animis. Nec infitiandum est post urbem conditam Romanos ex ciuitate profectos semper ad bellum; sed tunc nullis deliciis frangebantur, sudorem cursu et campestri exercitio collectum iuuentus natans<sup>20</sup> abluabat in Tiberi, idem bellator, idem agricola, generatantum mutabat armorum; quod usque adeo uerum est, ut aranti Quinctio Cincinnato dictaturam constet oblatam. Ex agris ergo subplendum robur praecipue uidetur exer-

V. L. CAP. III. 1 ut utr. *Schwebelius* ut utr. *V* [ut] utrum  
 $\epsilon\Pi P D$  2 requiram  $\Pi$  4 patiens] p. aestum  $Q P$   
 4 umbrae] imbrem *Ed. Romana* imbrum *Modius Oudendorp*  
 $\pi u s$  5 [balnearum — ignara]  $\Pi$  simplicitat  $\Pi$   
 6 paruo contenta cibo  $Q$  laborẽm  $M$  laborem  $\Pi$  tolerantia  $\Pi$   
 11 et solem  $\delta$  et f.  $P$  12 paruo  $\delta P$  13 tum  $Q \delta$   
 15 in angariis  $\epsilon P$  19 sed] hi  $\Pi$  nullis uoluptatibus nullis  
 20 cursu et campestri exercitio  $\delta Q$  cursum e campestri exercitio  
 $\alpha$  cursu et c. exercitatione  $\Pi$  c. et c. exercitatio<sup>ne</sup>  $P$  [cursu] e camp. ex. *suspicio* natan] nando  
 ex nandus *eras. Q* 21 in Tiberi  $\Pi$  23 oblatam] Perius et  
 trepida ante boues dictatorem induit uxor et tua aratra domum  
 lictor tulit *inserit*  $\Pi$

S. L. CAP. III. 6 contenta] contempta  $\Pi$  17 inficiendum<sup>a</sup>  
 inficiendum  $\Pi u G$ . 21 Tyberi  $A \Pi$  24 supplendum  $\Pi$

citus; nescio quomodo enim minus mortem timet qui minus deliciarum nouit in uita.

III. Nunc, qua aetate milites legi conueniat, exploremus. Et quidem, si antiqua consuetudo seruanda est, incipientem pubertatem ad dilectum cogendam nullus ignorat; non enim tantum celerius sed etiam perfectius inbuuntur quae discuntur a pueris. Deinde militaris alacritas, saltus et cursus ante temptandus est, quam corpus aetate pigrescat. Uelocitas enim est quae percepto exercitio strenuum efficit bellatorem. Adulescentes legendi sunt, sicut ait Sallustius 'Iam simul ac iuuentus belli patiens erat, in castris per laborem usu militiam discabant.' Melius enim est, ut exercitatus iuuenis causetur aetatem nondum aduenisse pugnandi, quam doleat praeterisse. Habeat etiam spatium uniuersa discendi. Neque enim parua aut leuis ars uidetur armorum, siue equitem siue peditem sagittarium uelis inbuere siue scutum, armaturae numeros omnes omnesque gestus docere, ne locum deserat, ne ordines turbet, ut missile et destinato ictu et magnis viribus iaciat, ut fossam ducere,

V. L. 1 nescio enim quomodo P

CAP. III. 4 Et quidem] Equidem δ *Oudendorpius* 5 incipiente pubertate QP cogendum tyronem Q 7 inbuuntur] imbibuntur δ *uulgo* induuntur *Oudendorpius* 11 salustius Π Nam simulac iuuentus belli patiens erat in castris p laborem usu militia (ā A<sub>2</sub>) discabant A n. simul aduentus belli patiens e. i. c. p laborem usu militiam (*corr. ex mal.*) discabant M n. simul aduentus b. patiens e. i. c. p laborem usu militiae discabant Q n. simulac iuuentus b. p. e. i. c. p laborem usu militiae discabant Π n. f. i. b. p. e. i. c. p. laboris usu militiae discabant δP n. simulata iuuentus b. p. e. i. c. p. laborum usu militiae discabant G Iam iuuentus simulac b. p. e. i. c. p. laboris usum militiae discabant *Giss.* Iam primum iuuentus simulac b. p. e., i. c. per laborem usu militiam discabant *Sallustius Cat. 7, 4 (ed. Jordan).* 16 uideatur Π 17 sagittarium uelis] AΠ f. uellis M f. bellis QP<sub>1</sub>V sagittarium uelis D imbuere, siue scutum a. *uulgo.* 18 numerus [omnes] ε 20 destinato ictum [et] Q

S. L. 2 deliciarum A<sub>1</sub> CAP. III. 6 perfectius] pfectius A 7 inbuuntur Π 19 turbet] turbit A<sub>1</sub> 20 destinato A<sup>1</sup> iaciat] iaceat A<sub>1</sub>

sudes scienter figere nouerit, tractare scutum et obliquis ictibus uenientia tela deflectere, plagam prudenter uitare, audacter inferre. Huic taliter instituto tironi pugnare aduersum quoslibet hostes in acie formido non erit sed uoluptas.

5

V. Proceritatem tironum ad incommam scio semper exactam, ita ut senos pedes uel certè quinos et denas uncias inter alares equites uel in primis legionum cohortibus probarentur. Sed tunc erat amplior multitudo, et plures militiam sequebantur armatam; necdum enim ciu- uilis pars florentiorem abduxerat iuuentutem. Si ergo necessitas exigit, non tam staturae rationem conuenit habere quam uirium. [Et ipso Homero teste non fallitur, qui Tydeum minorem quidem corpore sed fortiorem armis fuisse significat.] VI. Sed qui dilectum acturus est ue- hementer intendat, ut ex uultu, ex oculis, ex omni conformatione membrorum eos eligat, qui implere ualeant bellatores. Namque non tantum in hominibus sed etiam in equis et canibus uirtus multis declaratur indiciis, sicut doctissimorum hominum disciplina comprehendit; quod etiam in apibus Mantuanus auctor dicit esse seruandum

20

V. L. 2 uenientibus ad  $\delta$  4 aduersus  $\pi'$  erit] est  $\mu P$

CAP. V. 6 ad incommam  $A\mu$  ad incommam  $\Pi$  ad incommam  $GP$  a cōsule mario  $\delta$  ad incommam  $Oud.$  7 VI pedes u. c. V et X uncias  $Oud.$  VI pedum u. c. V et X unciarum *Stewechius* 8 uncias] u. habentes *uulgo* 10 militiam  $A$  [armatam]  $\Pi$  11 abduxerat *Kortianus* 2, *Oudendorpius*, *Schwebelius* abducebat  $\Pi$  adduxerat  $\epsilon\delta P$  si ergo n. exigit (exegerit  $\delta$ ) non t. ft. rationem conuenit habere  $\pi'$  [si] ergo n. exigit non t. ft. r. [conuenit] habere  $\epsilon P$  13 et ipso] hoc quisquis effecerit et ipso  $\Pi$  fallitur  $\epsilon\Pi$  fallimur  $\delta P$  *Comma* et ipso — sign. *spurium uidetur et ex margine inrepsisse (fallitur scil. Vegetius).*

CAP. VI. 17 ual. Bellatorum  $PQ$  u. officium bellatoris  $V$  u. o. bellatoris. Bellatorum  $D$  21 esse seruandum] itaque  $QP$

S. L. 2 deflectere] defectere  $M$  3 tironi] tironem (tyrone  $\alpha'$ )  $\alpha$  4 in aciae  $M$  CAP. V. 8 in primis] in primis  $\Pi$  13 Omero  $\Pi$  14 qui Tydeum qui tironem  $A$  qui Tydeum  $M$  qui Tydeum  $\Pi$  CAP. VI. 18 in hominibus] in omnibus]  $M$  20 disciplinam  $M$  comprehendit *corr. in comprehendit*  $A$  compr.  $\Pi$

‘Nam duo sunt genera, hic melior, insignis et ore  
Et rutilus clarus squamis, ille horridus alter  
Desidia latamque trahens inglorius aluum.’

Sit ergo adulescens Martio operi deputandus uigilantibus  
5 oculis, erecta ceruice, lato pectore, umeris musculosis, ual-  
entibus brachiis, digitis longioribus, uentre modicus, exi-  
lior cruribus, suris et pedibus non superflua carne disten-  
tis sed neruorum duritia collectis. Cum haec in tirone  
signa deprehenderit, proceritatem non magno opere desi-  
10 deres. Utilius est enim fortes milites esse quam grandes.

VII. Sequitur, ut, cuius artis uel eligendi uel penitus  
repudiandi sint milites, indagemus. Piscatores aucupes  
dulciarios linteones omnesque, qui aliquid tractasse uide-  
buntur ad gynaecea pertinens, longe arbitror pellendos a  
15 castris; fabros ferrarios carpentarios macellarios et cer-  
uorum aprorumque uenatores conuenit sociari militiae.  
Et hoc est in quo totius reipublicae salus uertitur, ut tiro-  
nes non tantum corporibus sed etiam animis praestantis-  
simi deligantur; uires regni et Romani nominis funda-  
20 mentum in prima dilectus examinatione consistunt. Nec  
leue hoc putetur officium aut passim quibuscumque man-  
dandum; quod apud ueteres inter tam uaria genera uir-

V. L. 2 [et]  $G_1$  rotulif  $G$  5 ualentibus digitif longioribus  
brachiif  $\varepsilon$  7 cruribus  $QGP$  crunibus  $\alpha'$  clunibus  $\pi' A_2$  9 ma-  
gnopere  $QG\pi$  10 utiliuf enim est  $\delta PG_2$  utiliuf enim [e.]  $G_1$

САР. VII. 12 respuendi  $P$  14 gynecea  $\mu$  gy nec ea  $A$   
ginecea  $G$  gineciam *corr. in* gineceam  $\Pi$  genitia  $\delta P$  15 car-  
pentariof] et carpent.  $\Pi$  16 lociari  $\mu$  lociare  $A'\delta P$  sectare  $\Pi$   
militiam  $\Pi$  17 hoc est in quo] in hoc  $\delta P$  18 praestantiffimis  
 $\Pi$  praestantiffime]  $G$  (e in i *corr.*  $G_2$ ) 19 diligantur  $\alpha'$  ut  
uiref — consistant  $\Pi$  20 [in] prima  $\Pi$  22 inter tam uaria  
genera  $\Pi$  in tam uario genere  $\delta$  incerta uaria genera  $\varepsilon$

S. L. 2 rutulif  $A(Q)$  3 traenf  $\Pi$  aluum] album  $\alpha'$  4 adu-  
liscenf *corr. in* adulescens  $A$  adulescens  $\Pi$  4 depudanduf  $M$   
5 umerif  $M$  humerif  $A'Q\pi$  muscolosif  $\varepsilon$  6 langioribus  $M$   
САР. VII. 13 dulciariof] dulcariof  $\mu(P)$  linteonef] len-  
tionef  $\pi$  tractasse] tractasset  $A$  15 carpentariof] carpe-  
ctariof  $M$  20 dilectuf] dilectof (delectof  $G$ )  $\alpha$  22 genere]  
genera  $M$ .

tutum in Sertorio praecipue constat esse laudatum. Iu-  
 uentus enim, cui defensio prouinciarum, cui bellorum  
 est committenda fortuna, et genere, si copia suppetat, et  
 moribus debet excellere. Honestas enim idoneum mili-  
 tem reddit, uerecundia, dum prohibet fugere, facit esse <sup>5</sup>  
 uictorem. Quid enim prodest, si exerceatur ignauus, si  
 pluribus stipendiis moretur in castris? Numquam exer-  
 citus proficit tempore, cuius in probandis tironibus clau-  
 dicarit electio. Et quantum usu experimentisque cogno-  
 uimus, hinc tot ubique ab hostibus inlatae sunt clades, <sup>10</sup>  
 dum longa pax militem incuriosius legit, dum honestiores  
 quique ciuilia sectantur officia, dum indicti possessoribus  
 tirones per gratiam aut dissimulationem probantium tales  
 sociantur armis, quales domini habere fastidiunt. A ma-  
 gnis ergo uiris magnaue diligentia idoneos eligi conuenit <sup>15</sup>  
 iuniores. VIII. Sed non statim punctis signorum scri-  
 bendus est tiro dilectus, uerum ante exercitio pertem-  
 ptandus, ut, utrum uere tanto operi aptus sit, possit  
 agnoscī. Et uelocitas in illo requirenda uidetur et robur,  
 et utrum armorum disciplinam ediscere ualeat, utrum <sup>20</sup>  
 habeat confidentiam militarem. Plerique enim, quamuis  
 non improbabiles uideantur in specie, tamen experi-  
 mentis conprobantur indigni. Repudiandi ergo minus  
 utiles et in locum eorum strenuissimi subrogandi sunt.  
 In omni enim conflictu non tam prodest multitudo quam <sup>25</sup>  
 uirtus.

V. L. 2 defensa II 7 moritur II meretur Q mereat Mod.  
 Sch. (ex cod. Guelph. c) 8 proficit π'Q profecit α proficit  
 corr. in profecit P tempore] tempore belli QP 13 aut  
 diff.] ac diff. δ probantur II CAP. VIII. 16 inscribendus II  
 uulgo 17 dilectus] delectus π' praetemptandus εP  
 18 tanto] tantum Q uideatur δG (sed in hoc c. at<sup>9</sup> in l. er.)  
 20 [et] utrum A' 22 [in] specie δ in sp. P in speciem  
 Mod. 24 [in] II

S. L. 5 fugere] fugire α' 8 in prob.] improbandis II<sub>1</sub>  
 9 ignauus] ignauos A<sub>1</sub> 13 tirones] atirones (Schlie) II tales]  
 talis α' CAP. VIII. 18 ut] et II 19 robor μ 22 repu-  
 diandi] repudiandi M repudiando II 23 locum] locu A<sub>1</sub>  
 24 prodest] prude est A<sub>1</sub>

Signatis itaque tironibus per cotidiana exercitia armorum est demonstranda doctrina. Sed huius rei usum dissimulatio longae securitatis aboleuit. Quem inuenias, qui docere possit quod ipse non didicit? De historiis ergo uel libris nobis antiqua consuetudo repetenda est. Sed illi res gestas et euentus tantum scripsere bellorum, ista, quae nunc quaerimus, tamquam nota linquentes. Lacedaemonii quidem et Athenienses aliique Graecorum in libros rettulere conplura; sed nos disciplinam militarem populi Romani debemus inquirere, qui ex paruissimis finibus imperium suum paene solis regionibus et mundi ipsius fine distendit. Haec necessitas compulit euolutis auctoribus ea me in hoc opusculo fidelissime dicere, quae Cato ille Censorius de disciplina militari scripsit, quae Cornelius Celsus, quae Frontinus perstringenda duxerunt, quae Paternus diligentissimus iuris militaris adsertor in libros redegit, quae Augusti et Traiani Hadrianique constitutionibus cauta sunt. Nihil enim mihi auctoritatis adsumo sed horum, quos supra rettuli, quae dispersa sunt, uelut in ordinem epitomata conscribo.

IX. Primis ergo meditationum auspiciis tirones militarem edocendi sunt gradum. Nihil enim magis in itinere uel in acie custodiendum est, quam ut omnes milites incedendi ordinem seruent. Quod aliter non potest fieri,

V. L. 4 longa  $\Pi$  3 inueniaef  $P$  inuenief  $\delta$  6 [tantum]  $\Pi$  7 linquentef] relinquentef  $\Pi$  8 in libris  $A'\pi'$  9 rettulere  $M$  retullere  $A_1$  retulere  $A_2GQ\pi$  9 conplura] conplura quae tactica uocant  $\pi'$  13 [de] disc.  $A$  15 celsuf [q.] frontinuf  $Q$  c. q. frontinuf quae hyginuf coniecit Lange (*Hygin. Grom. lib. de mun. c. p. 63*). 15 praestringenda  $aV$  16 in libro  $\delta$  17 adriani  $O$  19 retuli  $\pi QG$  19 ueluti  $\delta$  20 epitomatae  $\Pi$   
CAP. IX. 23 in acie] in  $\epsilon$ de (ede  $Q$ )  $\epsilon$  fragm. *Einsied.*

S. L. 1 cottidiana  $\mu$  3 aboleuit] abolebit  $\Pi$  6 illi] ille  $A_1$  8 athenihensef  $M$  11 paene] poene  $\epsilon$  12 computit  $\Pi$  13 opusculo  $A_1$  15 celsuf] quae] celsufq.  $M$  17 redegit] redigit  $A'$  18 adfumo  $A$  affumo  $\Pi$   
CAP. IX. 21 aufpitiif  $A$  21 militarem edocendi] militare me docendi  $A_1$

nisi ut exercitio ambulare celeriter et aequaliter discant. Periculum enim ab hostibus semper grauissimum sustinet diuisus et inordinatus exercitus. Militari ergo gradu XX milia passuum horis quinque dumtaxat aestiuis conficienda sunt. Pleno autem gradu, qui citatior est, totidem horis XXIII milia peragenda sunt. Quicquid addideris, iam cursus est, cuius spatium non potest definiri. Sed et cursu praecipue adsuefaciendi sunt iuniores, ut maiore impetu in hostem procurrant, ut loca oportuna celeriter, cum usus aduenerit, occupent uel aduersariis idem facere uolentibus praeoccupent, ut ad explorandum alacriter pergant, alacrius redeant, ut fugientium facilius terga comprehendant. Ad saltum etiam, quo uel fossae transiuntur uel impediens aliqua altitudo superatur, exercendus est miles, ut, cum eiusmodi difficultates euenerint, possint sine labore transire. Praeterea in ipso conflictu ac dimicatione telorum bellator cum cursu saltuque ueniens aduersarii perstringit oculos mentemque deterret priusque plagam infligit, quam ille ad cauendum uel ad resistendum certe se praeparet. De exercitio Gnei Pompei Magni Sallustius memorat 'cum alacribus saltu, cum uelocibus cursu, cum ualidis uecte certabat.' Neque enim ille aliter potuisset par esse Sertorio, nisi seque et

V. L. 1 nisi ut exercitio  $\alpha'$ QP nisi ut affiduo exercitio  $\delta$  nisi affiduo ex. II nisi exercitio G nisi iugi ex. Oudend. 2 semper] saepe  $\delta$  In sequentibus litteris numeros XX et XXIII exprimunt praeter AG omnes cod. 7 definiri  $\alpha$ IP definire VQ diffinire D et cursu] ad cursum fr. Eins. 10 usuf] usu II 11 alacriter] celeriter II 12 utque fragm. Eins. [terga c.] P<sub>1</sub> terga incurrant P<sub>2</sub> (in margine) 16 possint O possit uulgo. 18 praestringit IV 18 mentem[que] d. II 20 de exercitatione II [Gnei]  $\epsilon$  21 salustius  $\mu\pi'$  fr. Eins. 23 seque et militel] se et suos militel QP se et m. A<sub>2</sub>D seque m. V

S. L. 4 gradum  $\alpha'$  4 milia  $\equiv$  passuum A 4 dumtaxat aestiuis] dumtaxata  $\epsilon$  iuis (estiuus)  $\alpha'$  5 pleno] plena M 6 horis] oris M 7 cursus est] c. - $\epsilon$   $\equiv$  A 8 adsuefaciendi  $\mu$  8 maiore impetu] maiorem (- $\epsilon$  A) impetum Au 9 in hostem] in hoste II 12 pergant] pergere et II 13 comprehendant (-prae- M)  $\alpha'$  comprehendant II quo] quae M 17 dimicationem A 21 magni f.] magnif. f. A

milites frequentibus exercitiis praeparasset ad proelia. X. Natandi usum aestiuus mensibus omnis aequaliter debet tiro condiscere. Non enim semper pontibus flumina transeuntur, sed et cedens et insequens natare cogitur frequenter exercitus; saepe repentinis imbribus uel niuibus solent exundare torrentes. Et ignorantia non solum ab hoste, sed etiam ab ipsis aquis discrimen incurrit; ideoque Romani ueteres, quos tot bella et continuata pericula ad omnem rei militaris erudierant artem, campum Martium uicinum Tiberi delegerunt, in quo iuentus post exercitium armorum sudorem pulueremque dilueret ac lassitudinem cursus natandi labore deponeret. Non solum autem pedites sed et equites ipsosque equos uel lixas, quos galiarios uocant, ad natandum exercere percommodum est, ne quid imperitis, cum necessitas incumbit, eueniat.

XI. Antiqui, sicut inuenitur in libris, hoc genere exercere tirones. Scuta de uimine in modum cratium conrotundata texebant, ita ut duplum pondus cratis haberet, quam scutum publicum habere consuevit. Idemque clauas ligneas duplicis aequae ponderis pro gladiis tironibus dabant. Eoque modo non tantum mane sed

V. L. CAP. X. *Inscriptio abest a fr. Eins.* 4 et  $\equiv$  cecidit et subsequens V et inc. et subf. D 8 continua  $\delta$  9 erudierunt  $\delta$  10 tiberis II tyberis Q elegerunt II 11 delueret fr. Eins. del. ex dil. corr. G 13 [et] equites  $\pi'$  14 galiarios scripsi galearios Isidor. Gloss. (312 calones galearii militum 313 Calonica); gallearios fragm. Eins. galliariorum  $\pi'$  galliariorum (gal. MP)  $\varepsilon P$  cf. infra III, 6. 'Adscripsit Scriuerius e Glossis MStis Kalones, Galliae militum emendatque galearii uel Caculae militum nec male: Sed cur non Galiariae?' Oudendorpius

CAP. XI. 17 Antiqui inuenitur — exerceri  $\delta$  18 Scuta sic uocem scuta post texebant inserentes QP 19 crates II 20 conseruat II itemque  $\pi'$  21 clauas ligneas  $\varepsilon D$  clauas ligneas V clauas ligneas II clauas ligneas P duplicis aequae] duplicisque II

S. L. 1 proelia II CAP. X. 2 omnia] omnia A<sub>1</sub> 7 ab hoste sed  $\alpha'$  10 Tyberis II 12 labore] -em  $\alpha$

CAP. XI. 19 conrotundata] conrotundata  $\alpha'$  20 publicum II



etiam post meridiem exercebantur ad palos. Palorum enim usus non solum militibus sed etiam gladiatoribus plurimum prodest. Nec unquam aut arena aut campus inuictum armis uirum probauit, nisi qui diligenter exercitatus docebatur ad palum. A singulis autem tironibus 5 singuli pali defigebantur in terram, ita ut nutare non possent et sex pedibus eminent. Contra illum palum tamquam contra aduersarium tiro cum crate illa et claua uelut cum gladio se exercebat et scuto, ut nunc quasi caput aut faciem peteret, nunc a lateribus minaretur, 10 interdum contenderet poplites et crura succidere, recederet adsultaret insiliret, quasi praesentem aduersarium, sic palum omni impetu, omni bellandi arte temptaret. In qua meditatione seruabatur illa cautela, ut ita tiro ad inferendum uulnus insurgeret, ne qua parte ipse pateret ad 15 plagam. XII. Praeterea non caesim sed punctim ferire discebant. Nam caesim pugnantes non solum facile uicere sed etiam derisere Romani. Caesa enim, quouis impetu ueniat, non frequenter interficit, cum et armis uitalia defendantur et ossibus; at contra puncta duas uncias ad- 20 acta mortalis est; necesse est enim, ut uitalia penetret quicquid inmergitur. Deinde, dum caesa infertur, brachium dextrum latusque nudatur; puncta autem tecto corpore infertur et aduersarium sauciat ante quam uideat. Ideoque ad dimicandum hoc praecipue genere usos 25 constat esse Romanos; dupli autem ponderis illa cratis et claua ideo dabantur, ut, cum uera et leuiora tiro arma

V. L. 5 Ad singulis Π 6 in terram] in terra corr. ex in terrā  
 Π in terra δ 9 ueluti δ 10 [a] lateribus δ Oudendorpius  
 11 succideret π' 12 adsultaret] insultaret δ infiliret et  
 uulgo CAP. XII. 18 [enim] Π 23 latus[que] Π  
 tecta Q 26 duplicis δ duplici QP crates Π

S. L. 1 postmeridie Π 3 arena] arena A' 6 defigebantur M nutare] notare α' possent] possint εP  
 9 ut] et μ(P<sub>1</sub>) 12 infiliret] infileret ε 14 cautella A  
 CAP. XII. 16 caesim pugnantes] caesim sed pugnantes α  
 17 uicere] uincere εP 19 interficit] interfecit A 20 at] ad α' unctas M 25 dimicandum M 27 leuiora] leniora μ

sumpsisset, uelut grauiore pondere liberatus securior alacriorque pugnaret. XIII. Praeterea illo exercitui genere, quod armaturam uocant et campidoctoribus traditur, inbuendus est tiro; qui usus uel ex parte seruatur. Constat enim etiam nunc in omnibus proeliis armaturas melius pugnare quam ceteros. Ex quo intellegi debet, quantum exercitatus miles inexercitato sit melior, cum armaturae utcumque eruditi reliquos contubernales suos bellandi arte praecedant. Ita autem se uere apud maiores exercitii disciplina seruata est, ut et doctores armorum duplicibus remunerarentur annonis et milites, qui parum in illa prolusione profecerant, pro frumento hordeum cogerentur accipere, nec ante eis in tritico redderetur annona, quam sub praesentia praefecti legionis, tribunorum uel principiorum experimentis datis ostendissent se omnia, quae erant in militari arte, complere. Nihil enim neque firmitus neque felicitus neque laudabilis est republica, in qua abundant milites eruditi. Non enim uestium nitor uel auri, argenti gemmarumque copiae hostes aut ad reuerentiam nostram aut ad gratiam inclinant, sed solo

V. L. CAP. XIII. 3 campidoctoribus  $\alpha\delta$  a campid.  $\Pi$  a primis doctoribus  $QP$  4 [uel]  $QP$  5 armatura (armaturā  $P_1$ ) melius pugnare quam ceteros  $\epsilon P_1$  armatorum melius pugnare quam ceteros  $\Pi$  armatorum melius pugnare quam ceteris  $\delta$  armaturam melius pugnari quam ceteris  $P_2$  armatura melius pugnare Romanorum quam ceteros *Kortianus* 3 *probante Kortio* 10 seruanda est  $GQP$  11 duplicibus] dupli  $\pi'$  remunerarentur] se munirentur (remunirentur *Schlie*)  $\Pi$  12 proficerent  $G$  14 legionibus;  $\epsilon P$  15 principum  $\Pi P$  *Giss.* 16 complecti  $V$  17 neque laudabilius neque felicitus  $\pi'$  [aut]  $Q$  [ad]  $M$  20 nostram] nra *corr.* in nra  $\Pi$  solo terrore] *huc pertinet dignum quod commemoretur codicis Cusani (C 14) XII saec. (cf. „Ueber eine Handschrift des Nicolaus von Cues nebst ungedruckten Fragm. Cicer. Reden von Joseph Klein 1866“ p. 39 et 40) excerptum:* Solo terrore armorum et non potius fortitudine nobis formidinem incutit.

S. L. CAP. XIII. 3 campidoct.] capidoct.  $M$  4 inbuendus  $\Pi$  5 proeliis  $\Pi$  11 annonis  $A_1$  12 profecerant] proficerant  $AuP$  16 complere  $\Pi$  17 laudabilius] laudabilibus;  $A_1$  18 abundant  $A'$  19 nitor] nitor  $A_1$

terrore subiguntur armorum. Deinde in aliis rebus, sicut ait Cato, si quid erratum est, potest postmodum corrigi; proeliorum delicta emendationem non recipiunt, cum poena statim sequatur errorem. Nam aut confestim pereunt qui ignaue imperiteque pugnaverint, aut in fugam versi victoribus ultra pares esse non audent. 5  
 XIII. Sed ad inceptum reuertor. Tiro, qui cum claua exercetur ad palum, hastilia quoque ponderis grauioris, quam uera futura sunt iacula, aduersum illum palum tamquam aduersum hominem iactare compellitur. In 10  
 qua re armorum doctor attendit, ut magnis viribus hostile contorqueat, ut destinato ictu uel in palum uel iuxta dirigat missile. Eo enim exercitio et lacertis robur adre- scit et iaculandi peritia atque usus acquiritur. XV. Sed prope tertia uel quarta pars iuniorum, quae aptior potue- 15  
 rit reperiri, arcubus ligneis sagittisque lusoriis illos ipsos exercenda est semper ad palos. At doctores ad hanc rem artifices eligendi, et maior adhibenda sollertia, ut arcum scienter teneant, ut fortiter impleant, ut sinistra fixa sit, ut dextra cum ratione ducatur, ut ad illud, quod feriu- 20  
 dum est, oculus pariter animusque consentiat, ut, siue in equo siue in terra, rectum sagittare doceat. Quam artem et disci *opus est diligenter* et cotidiano usu exercitioque seruari. *Quantum* autem utilitatis boni sagittarii in

V. L. 1 subiciuntur  $\delta$  4 Nam [a.] confestim Q  
 CAP. XIII. 7 inceptum] inceptum  $\delta$  ceptum  $\Pi$  12 iactu  
 V 13 eo] et A' 14 inquiritur MQ CAP. XV. 16 illos  
 ipso] [illos] ipso  $\Pi$  [illos ipso] Q 17 At doctores GP ad  
 doctores  $\alpha'$  et doctores  $\delta$  et doctos  $\Pi$  et ad doctores Q ac docto-  
 res *uulgo* 19 scientes  $\varepsilon$  19 teneat  $\Pi$  19 et fortiter  $\delta$   
 19 impleat  $\Pi$  20 et dextra P 20 ferendum  $\mu\pi$  21 con-  
 sentiant Q 22 erectum  $\delta$  doceat  $\alpha\pi$  doceatur Q 24 fer-  
 uare (-e corr. in i V)  $\delta$  sagittarii in usus proelii Q

S. L. CAP. XIII. 10 compellitur  $\Pi$  11 quam] que  $\Pi$   
 11 attendit  $\Pi$  astile (ex astele corr. Q)  $\mu$  13 accre-  
 scit  $\Pi$  14 acquiritur  $\Pi$  CAP. XV. 16 repperiri  $\varepsilon\Pi$   
 16 lusoribus M 18 eligendi A solertia  $\mu$  19 oculis]  
 oculos A<sub>1</sub> 19 in equo] in equos  $\alpha'$  23 cotidiano  $\mu$

VEGETIUS.

2

proeliis habeant, et Cato in libris de disciplina militari euidenter ostendit, et Claudius pluribus iaculatoribus institutis atque perdoctis hostem, cui prius impar fuerat, superauit. Africanus quidem Scipio, cum aduersum Numantinos, qui exercitus populi Romani sub iugum miserant, esset acie certaturus, aliter se superiorem futurum esse non credidit, nisi in omnibus centuriis lectos sagittarios miscuisset. XVI. Ad lapides uero uel manibus uel fundis iaciendos exerceri diligenter conuenit iuniores. Fundarum usum primi Balearium insularum habitatores et inuenisse et ita perite exercuisse dicuntur, ut matres paruos filios nullum cibum contingere sinerent, nisi quem ex funda destinato lapide percussissent. Saepe enim aduersum bellatores cassidibus catafractis loricisque munitos teretes lapides de funda uel fustibalo destinati sagittis sunt omnibus grauiore, cum membris integris letale tamen uulnus importent et sine inuidia sanguinis hostis lapidis ictu intereat. In omnibus autem ueterum proeliis funditores militasse nullus ignorat. Quae res ideo ab uniuersis tironibus frequenti exercitio discenda est, quia fundam portare nullus est labor. Et interdum euenit, ut in lapidosis locis conflictus habeatur, ut mons sit aliquis defendendus aut collis, ut ab oppugnatione castellorum

V. L. 1 in libris] in libro *Giss.* (*sane librum, non libros de re militari Cato scripsit*). 3 cui prius] cum p.  $\Pi$  4 aduersus  $\pi$  5 exercitus] -um *uulgo* 7 centuriis  $\pi'$  tenturiis *A* tenturiis *GQP* tento toriis *M* 8 miscuisset] m. fundis (*petitum ex sequenti inscriptione*)  $\delta P$  CAP. XVI. 8 [uero]  $\Pi$  ue  $Q_1$  9 exercere  $\delta$  10 fundarum enim usum  $\delta P$  primum *P* 11 uti  $\Pi$  12 cibum carnis  $\Pi$  14 aduersus  $\Pi$  17 importent  $\delta P$  important  $\Pi$  inportant  $\varepsilon$  17 sine inuidia sanguinis  $\alpha \delta P_1$  sine uia sanguinis  $QP_2$  *Oud.* sine sanguine  $\Pi$  18 lapide ictus (*dict. V*)  $\delta P$  21 uenit *Q* ut] ut aut (*per addit V*)  $\delta P$  ut non  $\Pi$  22 sit mons  $\Pi$  aliquis] aliter quis  $\Pi$  23 ut ab *A'* et ab  $M\pi'$  aut ab *QP*

S. L. 1 praeliis  $\Pi$  3 impar  $\Pi$  4 africanus *M* africanus *A\_1* 4 nummantinos *A* 5 exercitus] -of  $\alpha'$  certaturus] aertaturus *A\_1* 5 sub iugo  $\Pi$  CAP. XVI. 14 munitos] mouitos  $\alpha'$  15 destinati sagittis] destinatius sagittis  $\alpha'$  18 praeliis  $\Pi$  21 euenit] euenet *A\_1* 23 oppugnatione] oppugnu.  $\mu\Pi$

siue ciuitatum lapidibus barbari fundisque pellendi sint. XVII. Plumbatarum quoque exercitatio, quos mattiobarbulos uocant, est tradenda iunioribus. Nam in Illyrico dudum duae legiones fuerunt, quae sena milia militum habuerunt, quae, quod his telis scienter utebantur et fortiter, Mattiobarbuli uocabantur. Per hos longo tempore strenuissime constat omnia bella confecta, usque eo, ut Diocletianus et Maximianus, cum ad imperium peruenissent, pro merito uirtutis hos Mattiobarbulos Iouianos atque Herculianos censuerint appellandos eosque cunctis legionibus praetulisse doceantur. Quinos autem mattiobarbulos insertos scutis portare consuerunt, quos si oportune milites iacent, prope sagittariorum scutati imitari uidentur officium. Nam hostes equosque consauciant, priusquam non modo ad manum sed ad ictum missibilem potuerit perueniri. XVIII. Non tantum autem a tironibus, sed etiam ab stipendiosis militibus salitio equorum districte est semper exacta. Quem usum usque ad hanc aetatem, licet iam cum dissimulatione, peruenisse manifestum est. Equi lignei hieme sub tecto, aestate ponebantur in campo;

V. L. CAP. XVII. 2 exercitio *QP* 2 qual  $\delta$  2 mattiobarbulos  $A\mu G_2 \Pi$  Böcking *N. d.* p. 192 matiobabuluf  $G_1$  mattiobarbulos  $\delta P$  mattibalos uult *Carolus de Aquino ματζοβ. Rigalt. gloss. sub uoce σαλλίβα, contra ματζοβ. Meurs. gloss. cf. etiam Turnebus A. 24, 12.* 3 in Illyria  $Q$  5 scientes  $AQ$  6 mattiobarbuli  $\alpha \Pi$  mattiobarboli  $Q$  mattiobarbuli corr. in martiob.  $P$  martiobarb.  $\delta$  9 mattiobarbulos  $A\mu \Pi$  mathiobarbulos  $G$  martiob.  $\delta P$  iouianos] iouian<sup>os</sup>  $G$  iouinianos  $P$  dioclitianos  $\Pi$  11 docerentur  $A_2$  in *l. er.* mattiobarbulos  $\varepsilon \Pi$  martiob.  $\delta$  barbulo  $P$  12 in scutis  $\delta$  confuerunt] confueuerunt  $GQ$  confueuerant  $\delta P$  13 iacent  $\mu\pi'$  iacent  $A$  iaciunt  $GP$  15 missilium  $P$  16 potuerint  $QP$  CAP. XVIII. 17 a stip.  $\delta$  diftricta  $\Pi$  18 exacta] exercenda  $\delta P$  20 equi] Tunc equi  $Q$

S. L. CAP. XVII. 5 his telis] histelis (histellis  $G$ )  $A'$  in stelis  $M$  7 istrenuissime  $A_1$  8 dioclicianus  $M$  dioclitianus  $\Pi$  9 iouianos  $\alpha'$  13 imitari  $M$  initari  $Q$  CAP. XVIII. 17 ab stip.] abistip.  $A$  ad stip.  $\Pi$  18 aetatem] aetate  $\Pi$

supra hos iuniores primo inermes, dum consuetudo proficeret, deinde armati cogebantur ascendere. Tantaque cura erat, ut non solum a dextris sed etiam a sinistris partibus et insilire et desilire condiscerent, euaginos  
 5 etiam gladios uel contos tenentes. Hoc idem adsidua meditatione faciebant, scilicet ut in tumultu proelii sine mora ascenderent qui tam studiose exercebantur in pace. XVIII. Ponderus quoque hauriare usque ad LX libras et iter facere gradu militari frequentissime cogendi sunt  
 10 iuniores, quibus in arduis expeditionibus necessitas imminet annonam pariter et arma portandi. Nec hoc credatur esse difficile, si usus accesserit; nihil enim est, quod non adsidua meditatio facillimum reddat. [Quam rem antiquos milites factitauisse Vergilio ipso teste † cognos-  
 15 sci, qui ait

‘Non secus ac patriis acer Romanus in armis  
 Iniusto sub fasce uiam cum carpit, et hosti  
 Ante expectatum positus stat in agmine castris.’]

---

V. L. 1 consuetu prof. *G* 2 cog.] agebantur *MQ*  
 4 [infil. et] *P* defilire] defidere *G*<sub>1</sub> 5 hoc idem  $\pi'$  hoc enim  $\varepsilon P$  hoc item *suspitor* 6 scilicet et in  $\alpha$   
 CAP. XVIII. 8 sexaginta  $\mu\pi$  14 uergilio *A* uirgilio *MGQ\pi* cognosci  $\alpha'$  cognosce *G* cognoscitur *Q* cognoscimus  $\Pi A_2$  *Giss.* cognouimus  $\delta P$  potest cognosci *Ed. Col. Totum comma, quam — castris, quin spurium sit, uix dubium est cf. I 5.* 16 Non secus etc.] *Verg. Georg. III 346—48* quom *Verg. (Ribbeck) secundum cod. F* 17 hoste  $\mu$  hostem  $\delta P$  *cod. Verg. M, c<sub>1</sub>* 18 expectatum  $\delta P$  *Vergilius* expectatus *A'*  $\pi'$  expectatus  $\mu$  18 [in] *V* 18 agmine  $\varepsilon \Pi V P$  *Vergil. cod. FM Rybc et Arusiani* agmina *Vergil. secundum cod. P* acie *D*

---

S. L. inermes *A'* 4 insilire] insilere *A'* defilire *A\mu*  
 5 assidua *\Pi* 6 tumulto  $\alpha'$  proelii sine mora] proelii *lacuna unius litterae* ne mora *M* proelii *f. m. \Pi* 7 ascenderant *corr. in* ascenderent ( $\alpha$  1?) *A* qui] quam *M* studiose *M* CAP. XVIII. 8 Ponderus *M* 9 frequentantissime *\Pi* 10 imminet *\Pi* 14 assidua *\Pi* 16 patriis acer] patriis facer *A* romanus] -of *A<sub>1</sub>*

XX. Locus exigit, ut, quo armorum genere uel instruendi uel muniendi sint tirones, referre temptemus. Sed in hac parte antiqua penitus consuetudo deleta est; nam licet exemplo Gothorum et Alanorum Hunnorumque equitum arma profecerint, pedites constat esse nudatos. 5 Ab urbe enim condita usque ad tempus diui Gratiani et catafractis et galeis muniebatur pedestris exercitus. Sed cum campestris exercitatio interueniente negligentia desidiaque cessaret, grauia uideri arma coeperunt, quae raro milites induebant; itaque ab imperatore postulant 10 primo catafractas, deinde cassides † sedere refundere. Sic detectis pectoribus et capitibus congressi contra Gothos milites nostri multitudine sagittariorum saepe deleti sunt; nec post tot clades, quae usque ad tantarum urbium excidia peruenerunt, cuiquam curae fuit, uel catafractas uel 15 galeas pedestribus reddere. Ita fit, ut non de pugna sed de fuga cogitent qui in acie nudi exponuntur ad vulnera. Quid enim pedes sagittarius sine catafracta, sine galea, qui cum arca scutum tenere non potest, faciat? Quid ipsi draconarii atque signiferi, qui sinistra manu hastas gubernant, in proelio faciant, quorum et capita nuda constant et pectora? Sed grauis pediti lorica uidetur et galea

V. L. CAP. XX. 4 honorum *M* chunorum *A'* hunorum *QDP* hunnorum *V* 10 raro] raro utique *P* prob. *Oud.* postulant] *O*; *Scruiarius* memorat uarias lectiones postulabant et postulatum 11 federe refundere *A* federe fundere *MG* se deponere *QP*<sub>2</sub> (in l. er. latiore) se debere fundere  $\alpha'$  et fortasse *P*<sub>1</sub> refundere (antecedente postulatum) *Schwebelius* fede reponere *Oud.* (cf. *Obs. Miscell.* VII uol. 1, p. 141) se debere refundere *Otto.* Fortasse federe illud ex uocis refundere glossemate reddere natum est. 16 pedestrif sag.  $\delta P$  21 facient *G $\mu$ P* constat  $\alpha Q$  constant nuda et pecora. Sed gra] ita desinit *V* fol. 6; sequens fol. excidit.

S. L. CAP. XX. 3 hac] ac *II* penitus] poenitus *A* deleta] delecta *M* 4 ghothorum *A'* 5 profecerint] proficerint *A $\mu$*  7 catafractif] artafr. *M* 8 negligentia *A'* 9 caeperunt *II* 10 ab] ad *A* 11 excidia] et excidia *A*<sub>1</sub> 15 cuiquam] et cuiquam  $\alpha$  17 cogitent] cogitant *A*<sub>1</sub> 19 arcu] arcu *II* scutum] scutu *M* 21 praelio *II*

fortasse raro meditantī, [fortasse arma raro tractantī]; ceterum cotidianus usus non laborat, etiam si onerosa gestauerit. Sed illi, qui laborem in portandis ueteribus munimentis armorum ferre non possunt, detectis corporibus et uulnera sustinere coguntur et mortes: et, quod est grauius, aut capi aut certe fuga rempublicam prodere. Sic dum exercitia laboremque declinant, cum maximo dedecore trucidantur ut pecudes. Vnde enim apud antiquos murus dicebatur pedestris exercitus, nisi quod pilatae legiones praeter scuta etiam catafractis galeisque fulgebant? usque eo, ut sagittarii sinistra brachia manicis munirentur; pedites autem scutati praeter catafractas et galeas etiam ferreas ocreas in dextris cruribus cogere accipere. Sic erant muniti illi, qui in prima acie pugnantibus principes, in secunda hastati, in tertia triarii vocabantur. Sed triarii genibus positos solebant intra scuta subsidere, ne stantes uulnerarentur uenientibus telis et, cum necessitas postulasset, tamquam requieti uehementius inuaderent hostes, a quibus constat saepe factam esse uictoriam, cum hastati illi et qui priores steterant interissent. Erant tamen apud ueteres inter pedites, qui dicebantur leuis armaturae, funditores et ferentarii, qui praecipue in cornibus locabantur et a quibus pugnandi sumebatur exordium; sed hi et uelocissimi et exercitatissimi legebantur. Nec erant admodum multi, qui cedentes, si proelii necessitas compulisset, inter principia legionum

V. L. 1 fortasse raro meditantī fortasse arma raro tractantī  
 AGP f. r. m. f. raro arma tractantī (i in l. er. Q) μ f. raro  
 a. tractantī f. raro meditantī D f. raro a. tractantī II immo  
 f. raro a. tr. est glossema, f. raro meditantī genuinum.

3 gestauerint P 6 fuga remp. π fugere (fugire M) rempb. α  
 fugere et r. QP<sub>1</sub> 7 exercitium εP 13 ferreas et ocreas  
 ocreas II 16 inter scuta DPG 19 [a] quibus ε 24 hi et  
 hi [et] QD et hi P 26 et inter Q

S. L. 2 cotidianus M honerosa εP 4 munimentis  
 monimentis II 5 sustinere A' mortel] artef M 8 apud A  
 9 murus] muros A' 13 ferreas focreas A 15 astati II  
 21 apud A' (ap M) pedetes M 24 hii A 26 com-  
 pulisset II



recipi solebant, ita ut acies inmota consisteret. Vsque ad praesentem prope aetatem consuetudo permansit, ut omnes milites pilleis, quos Pannonicos uocabant, ex pilleis uterentur; quod propterea seruabatur, ne grauis galea uideretur in proelio homini, qui gestabat aliquid<sup>5</sup> semper in capite. Missilibus autem quibus utebatur pedestris exercitus, pila uocabantur, ferro subtili trigono praefixa, unciarum nouem siue pedali, quod in scuto fixum non possit abscidi et loricam scienter ac fortiter directum facile perrumpit, cuius generis apud nos iam<sup>10</sup> rara sunt tela. Barbari autem scutati pedites his praecipue utuntur, quas hebras uocant et binas etiam ac ternas in proeliis portant. Sciendum praeterea, cum missilibus agitur, sinistros pedes in ante milites habere debere; ita enim vibrandis spiculis uehementior ictus est. Sed cum<sup>15</sup> ad pila, ut appellant, uenitur et manu ad manum gladiis pugnatur, tunc dextros pedes in ante milites habere debent, ut et latera eorum subducantur ab hostibus, ne possint uulnus accipere, et proximior dextra sit, quae plagam possit inferre. Instruendos igitur ac protegendos<sup>20</sup> omni antiquo armorum genere constat esse tirones. Necessesse est enim, ut dimicandi acriorem sumat audaciam, qui munito capite uel pectore non timet uulnus.

V. L. 2 prope] quoque P 3 uocant π' 6 missilib. εP missilia II Giss. missilef D [autem] P 8 [siue pedali] Q semif et v pedum Oudendorpius quod in scuto fixum Mπ quod in scutu fixo A' quod in scutum fixum Q 12 [et] binas Q 13 Sciendum est p. P 16 a pila Q ad pilā απ manu ad manū QII manū ad manū α' PD fortasse non spernendum 19 proximior] ob hanc formam Priscianus hunc locum laudat (uid. praefat.) 21 omni antiquo armorum genere II omni antiquorum genere ε omni arte pugnandi quocumque armorum genere D omni arte p. quocumque genere armorum antiquorum P

S. L. 3 pilleif] pelleif μ (P) 4 ne grauis] nec grauis α ne grabif II 5 gallea A homini qui] hominiq. M 8 untiarum MG 9 loricam M 15 bibrandif II 16 appellant] adpellant α' 19 possit] possit μ praeliif II 22 audatiam Au 13 uulnōf A

XXI. Castrorum quoque munitionem debet tiro con-  
discere; nihil enim neque tam salutare neque tam neces-  
sarium inuenitur in bello; quippe, si recte constituta sunt  
castra, ita intra uallum securi milites dies noctesque per-  
agunt, etiam si hostis obsideat, quasi muratam ciuitatem  
5 uideantur secum ubique portare. Sed huius rei scientia  
prorsus intercidit; nemo enim iam diu ductis fossis prae-  
fixisque sudibus castra constituit. Sic diurno uel nocturno  
superuentu equitum barbarorum multos exercitus scimus  
frequenter adffictos. Non solum autem considerentes sine  
10 castris ista patiuntur, sed cum in acie casu aliquo coepe-  
rint cedere, munimenta castrorum, quo se recipiant, non  
habent et more animalium multi cadunt, nec prius moriundi  
finis fit, quam hostibus uoluntas defuerit persequendi.  
XXII. Castra autem, praesertim hoste uicino, tuto sem-  
15 per facienda sunt loco, ut et lignorum et pabuli et aquae  
suppetat copia, et, si diutius commorandum sit, loci salubri-  
tas eligatur. Cauendum etiam, ne mons sit uicinus aut  
altior, qui ab aduersariis captus possit officere. Conside-  
randum, ne torrentibus inundari consueuerit campus et  
20 hoc casu uim patiatur exercitus. Pro numero autem  
militum uel impedimentorum munienda sunt castra,  
ne maior multitudo constipetur in paruis neue pauci-  
tas in latioribus ultra quam oportet cogatur extendi.

---

V. L. CAP. XXI. 9 confidentes *QP* 12 multi *επ'* multi  
corr. in inulti *P* 12 moriendi *μDP* 13 hostibus] hostilib *Π*  
CAP. XXII. 15 loco (loca *Π*) ut *ΠD, G* in *l. er.* [loco]  
ut cum *α'* loco ubi *QP* *l.* ubi et *uulgo* 17 uicinus] aut  
altior *αΠ* uicinius] aut altior *M* uicinius] aut altior *Q* uicinius]  
aut latior *P* uicinus] altior *uulgo* 18 quia ab adu. *Q*  
confiderandum *ε* confiderandum etiam (?) *Π* c. est *DP* 21 mu-  
nienda] eligenda uel munienda *D* 22 neue] neque *D*

---

S. L. CAP. XXI. 1 munitionem] -e *Π* 4 uallum] ballum *A*  
bellum *μ* 5 [scientia] scientia *Π* 8 exercitus] exercitus *α'*  
9 adffictos] *Π* 10 coeperint] ceperit *Π* 11 munimenta]  
monimenta *α* CAP. XXII. 16 commorandum *Π* 18 ob-  
ficere *G* paciatur *α'* 21 impedimentorum *Π*

XXIII. Interdum autem quadrata, interdum trigona, interdum semirotunda, prout loci qualitas aut necessitas postulauerit, castra facienda sunt. Porta autem, quae appellatur praetoria, aut orientem spectare debet, aut illum locum qui ad hostes respicit; aut si iter agitur, 5 illam partem debet attendere, ad quam est profecturus exercitus, intra quam primae centuriae, hoc est cohortes, papiliones tendunt et dracones et signa constituunt. Decumana autem porta; quae appellatur, post praetorium est, per quam delinquentes milites educuntur ad poenam. 10

XXIII. Castrorum autem diuersa triplexque munitio est. Nam si nimia necessitas non premit, caespites circumciduntur e terra et ex his uelut murus instruitur, altus tribus pedibus supra terram, ita ut in ante sit fossa, de qua leuati sunt caespites; deinde tumultuaria fossa fit 15 lata pedes nouem et alta pedes VII. Sed ubi uis acrior imminet hostium, tunc legitima fossa ambitum conuenit munire castrorum, ita ut XII pedes lata sit et alta sub linea, sicut appellant, pedes nouem. Supra autem saepibus hinc inde factis, quae de fossa leuata fuerit, 20 terra congeritur et crescit in altum III pedes. Sic fit, ut sit XIII alta et XII lata; supra quam sudes de lignis fortissimis, quas milites portare consueuerunt, praefiguntur. Ad quod opus ligones rastra qualos aliaque utensilium genera haberi conuenit semper in promptu. 25

V. L. CAP. XXIII. 3 porta [autem] Π 5 ad penam Π 8 papilionem tendunt] per haec uerba fol. 7 cod. V incipit CAP. XXIII. hoc caput inscriptione caret praecedentique continuo adnectitur in QP 11 [diu.] triplex[que] Q 16 [et] alta μΠ 17 hostis Q omnes numeros huius capituli litt. expr. M 18 duodecim pedibus [lata sit] Π 20 leuata] egesta Π 22 ut [sit] G XIII (tred. μ) [p.] alta ε; tredecim pedes alta Π tredecim pedibus alta δP 23 consueuerant εδP 24 rastra] rustra Π rustra Stewechius palas rustra Oud. qualos] palos π' 25 habere A'δP

S. L. CAP. XXIII. 2 semirotunda A<sub>1</sub> 4 praetoria A 5 respicit] -cet A<sub>1</sub> 6 illam] illa Π attendere Π 7 centuriae] tentoriae A tentoriae μ 8 papilionem α' 9 praetorium A CAP. XXIII. 16 agrior α' 17 imminet Π 20 faepibus] sepius Π fuerit] fuerint α'

XXV. Sed facile est absentibus aduersariis castra munire, uerum, si hostis incumbat, tunc omnes equites et media pars peditum ad propulsandum impetum ordinantur in acie, reliqui post ipsos ductis fossis muniunt castra, et  
 5 per praeconem indicatur, quae centuria prima, quae secunda, quae tertia opus omne compleuerit. Post hoc a centurionibus fossa inspicitur ac mensuratur et uindicatur in eos, qui neglegentius fuerint operati. Ad hunc ergo  
 10 usum instituendus est tiro, ut, cum necessitas postulauerit, sine perturbatione et celeriter [et caute] possint munire.

XXVI. Nihil magis prodesse constat in pugna, quam ut adsiduo exercitio milites in acie dispositos ordines seruent necubi contra quam expedit aut conglobent agmen aut laxent. Nam et constipati perdunt spatia pu-  
 15 gnandi et sibi inuicem inpedimento sunt, et rariores atque interlucentes aditum perrumpendi hostibus praestant. Necessae est autem statim metu uniuersa confundi, si intercisa acie ad dimicantium terga hostis accesserit. Produ-  
 20 cendi ergo tirones sunt semper ad campum et secundum matriculae ordinem in aciem dirigendi, ita ut primo simplex extensa sit acies, ne quos sinus, ne quas habeat curuaturas, ut aequali legitimoque spatio miles distet a milite. Tunc praecipendum, ut subito duplicent aciem, ita ut in ipso impetu is, ad quem respondere solent, ordo seruetur.

---

V. L. CAP. XXV. 5 tentoria εP 6 compleuerint Q compleant cum cod. Vossiano Oud. 9 instituenduf] instruenduf Π 10 celeriter et caute π possit π

CAP. XXVI. Inscriptio abest a P<sub>1</sub> sed et in hoc codice et in ε caput per haec uerba ad inscriptionem pertinentia incipit: Vt (Aut α) in acie ordines et interualla custodiant. 14 lassent Π et constip. — et rariores ε et constip. — ita rar. δ ut constip. — ita rar. P uulg. Π(?) perdent G<sub>1</sub> 16 praestant] dabunt δP 18 in acie δP 20 simplex et extenta Π 24 if ad π esse ad α [if] ad Q

---

L. S. CAP. XXV. 7 ac] hac M 6 compleuerit Π 8 neglegentiuf] -centiaf Aμ 9 postolauerit M

CAP. XXVI. 12 assiduo Π 14 spatia] spacia α 20 simplex M 22 a militae M

Tertio praecipendum, ut quadratam aciem repente constituent, quo facto in trigonum, quem cuneum uocant, acies ipsa mutanda est. Quae ordinatio plurimum prodesset consuevit in bello. Iubetur etiam, ut instruant orbem, quo genere, cum uis hostium interruperit aciem, 5 resisti ab exercitatis militibus consuevit, ne omnis multitudo fundatur in fugam et graue discrimen immineat. Haec si iuniores adsidua meditatione perceperint, facilius in ipsa dimicatione seruabunt. XXVII. Praeterea et uetus consuetudo permansit et diui Augusti atque Hadriani constitutionibus praecauetur, ut ter in mense tam equites 10 quam pedites educantur ambulatum; hoc enim uerbo hoc exercitii genus nominant. Decem milia passuum armati instructique omnibus telis pedites militari gradu ire ac redire iubebantur in castra, ita ut aliquam itineris partem 15 cursu alacriore conficerent. Equites quoque diuisi per turmas armatique similiter tantum itineris peragebant, ita ut ad equestrem meditationem interdum sequantur, interdum cedant, et recursu quodam impetus reparent. Non solum autem in campis, sed etiam in cliuosis et ar- 20 duis locis et descendere et ascendere utraque acies cogebatur, ut nulla res, uel casu prorsus, pugnantibus posset

V. L. 1 ut quadrata (quadrata  $\equiv$  G) acies constituatur G $\delta$   
 3 mutanda] disponenda Q 6 omf (i. e. omnes)  $\alpha'$  Q  
 7 fundatur QPII fundantur  $\alpha'$  fugetur G (in quo ab altera  
*manu superscriptum est: † fundatur)  $\delta$  9 obseruabunt Q  
 CAP. XXVII. 11 in mense educantur t. e. q. p. [e.] a. II  
 13 ambulatum G 15 et aliquam P 16 alacriori  $\delta$   
 18 [ad] equestr. P 19 impetus] in proeliis Q Steweichius  
 reparent] se reparent Q repedarent Steweichius Schwebelius  
 temperent Giss. Oudendorpius se parent et antea recurfu, quodam  
 impetus Scriuerius 22 casu  $\mu$ II casus ita, ut  $\dagger$  alterum  
 a 2 in loco correcto positum sit A casus G $\delta$ P Cum uoculae uel  
 nostro loco ea significatio tribuenda sit, quam alibi nusquam apud  
 Vegetium habet, uide ne uel casu sit tollendum.*

S. L. 1 quadratam aciem] qu. acie M 2 triconum A  
 3 ipsa mutanda est] ipsam utanda est A 8 adsidua] assidua  
 AII 9 perciperint  $\mu$  CAP. XXVII. 10 Adriani O  
 11 ter] iter  $\epsilon$ P 12 educantur] educatur A 13 decim A  
 15 aliquam] ad equam II 16 recurfu] recursum M.  
 19 impedus M 22 possit] possit  $\epsilon\pi'$

accidere, quam non ante boni milites adsidua exercitatione didicissent.

XXVIII. Haec fidei ac deuotionis intuitu, imperator inuicte, de uniuersis auctoribus, qui rei militaris disciplinam litteris mandauerunt, in hunc libellum enucleata congressi, ut in dilectu atque exercitatione tironum, si quis diligens uelit existere, ad antiquae uirtutis imitationem facile corroborare possit exercitum. Neque enim degenerauit in hominibus Martius calor nec effetae sunt terrae, quae Lacedaemonios, quae Athenienses, quae Marsos, quae Samnites, quae Pelignos, quae ipsos progenuere Romanos. Nonne Epiri armis plurimum aliquando ualuerunt? Nonne Macedones ac Thessali superatis Persis usque ad Indiam bellando penetrarunt? Dacos autem et Moesos et Thracas in tantum bellicosos semper fuisse manifestum est, ut ipsum Martem fabulae apud eos natum esse confirmet. Longum est, si uniuersarum prouinciarum uires enumerare contendam, cum omnes in Romani imperii ditione consistant. Sed longae securitas pacis homines partim ad delectationem otii, partim ad ciuilia transduxit officia. Ita cura exercitii militaris primo neglegentius agi, postea

V. L. 1 accedere εδ quem Π

CAP. XXVIII. 6 dilectu (corr. in dil. P) δP 8 degenerauit] degenerabit Π denegatur δ 9 hominibus] omnibus μ effete P effete ΠV effecte α' defecte Q infectae G infectae uel defectae D 12 epiri επ' epiri corr. in epirote P De terrae nomine (cf. IV, 31) hic non cogitandum censeo. Num fuit epirii (cf. Schuchardt Voc. de Vulg. II p. 505), quamquam haec forma alibi non occurrit. An fuit epir = epirote? 13 thessali QD thessalii Π thessali V tessali αP 14 moesof] mesof V mysof Π ac] et π

thracas Π tracas V tracos D thracef QP thracef Bernensis thracef A' threcef M 17 longae Αμ longa Π longē<sup>ua</sup> G longēua δP 21 [primo] Π

S. L. CAP. XXVIII. 3 Haec] Nec M 6 dilectu] -o Π 7 uelit] uellit A inimitationem] μ 8 corroborare Π 9 marciuf A 11 proienuere (proienuere Schlie) Π 17 prouintiarum α' 20 dilectationem α' delectatione Π

dissimulari, ad postremum olim in obliuionem perducta cognoscitur, nec aliquis hoc superiore aetate accidisse miretur, cum post primum Punicum bellum uiginti et quod excurrit annorum pax ita Romanos illos ubique uictores otio et armorum desuetudine eneruauerit, ut secundo Punico bello Hannibali pares esse non possent. Tot itaque consulibus, tot ducibus, tot exercitibus amissis, tunc demum ad uictoriam peruenerunt, cum usum exercitiumque militare condiscere potuerunt. Semper ergo legendi et exercendi sunt iuniores. Vilius enim constat erudire armis suos quam alienos mercede conducere.

V. L. 1 ad postremum] ac postremum *P* ac postremo  $\delta$   
 3 uiginti et quod] quod biginti et tres *II* 4 [illof]  $\delta$  6 an-  
 nibali  $\alpha'$  7 [tot ducibus] *II* 8 tum  $\delta$  10 uiliuf] utili-  
 bus *Q* utiliuf *P*

Fl. (Flauii *G*) Vegati (Vegeti  $\mu$ ) Renati Vir (Viri *G\mu*)  
 Inlusf (IVL *Q*) epitoma (-th- *Q*) De Dilectu ([d. d.]  $\mu$ ) Atque  
 (Antiqua *Q*) Exercitatione (Exercitione *Q*) Tyronum (Tir. *G*)  
 Digesta p Titulof Lib. I (primuf  $\mu$ ) Expl. Incipit Liber Se-  
 cunduf (II *G*)  $\varepsilon$  et (flauii Vegetii; Ill.; [tyronum]) *D* Flauii  
 Vigetii Renati Viri Illustrif Epithoma Antiqua Exercitatione  
 Atque De Delectif Tyronum Digesta Per Titulof. Liber Pri-  
 mus explicit. Incipiunt Capitula Libri Secundi *P* — Flauii

Vegatii Renati Viri Illustrif Epitoma Primi Libri Explicit. In-  
 cipit Liber Secunduf Feliciter. Incipiunt Capitula Libri  
 Secundi *V*. Explicit Liber Primuf. Incipit Liber Secunduf.  
 Item Capitula Libri Secundi *II*

S. L. 1 obliuionem *II* -2 accedisse *A* 3 bello] -i *II*  
 6 possent] -int  $\varepsilon$  8 usum] suum *II* 10 constat] constant *II*

## L I B E R II.

[Incipiunt capitula libri secundi:

- I. In quot genera diuidatur res militaris.
- II. Quid inter legiones et auxilia intersit.
- III. Quae causa exhauriri fecerit legiones.
- 5 IIII. Quotenas legiones antiqui ad bellum duxerint.
- V. Quemadmodum legio constituatur.
- VI. Quot cohortes in una sint legione, item quot milites in una cohorte sint.
- VII. Nomina et gradus principiorum legionis.
- VIII. Nomina eorum, qui antiquos ordines ducebant.
- 10 VIII. De officio praefecti legionis.
- X. De officio praefecti castrorum.
- XI. De officio praefecti fabrorum.

---

Flauii Vegeti (Vegeti  $G\mu$  Veg.  $D$ ) Renati Vir (Viri  $Q$ ) Inlust. (Iul.  $Q$ ) Comitif Epitoma (Epithoma  $Q$ ) Institutorum (Institorum  $G$ ) Rei Militarif De Commentariif (Comentariif  $\mu$ ) Traiani Et Adriani Nec non Etiam Frontini Aug (Augustini  $G_1$  Augusti VII  $G_2$  Augustorum  $D$ ) Aug Traiani Et Adriani n. n. e. Frontini  $\mu$ ) Incipit Capitulatio. Liber Secundus (Incipit Cpfato Lib Sdi  $G$ ; Incipit Capitl Lib Seedi  $Q$ ; [I. c. L. S.]  $MD$ )  $\epsilon D$  Absunt haec omnia a  $IIVP$ ; ceterum uide quae ad finem praecedentis libri adnotauimus.

1 quod  $\alpha$  in quo genere  $P\delta$  3 Qui  $M$  exhauriri  $\epsilon\delta$   
4 Quotaf  $\Pi$  quotenas  $Q$  ita, ut en in l. er. a. m. 2. script.  
sit.  $P$  4 duxerunt  $\epsilon\delta P$  6 cohortef  $Q$  quod  $\alpha$   
[item — coh.] om.  $\epsilon$  et quot milites in una cohorte sint *partim*  
*in contextu partim in margine suo, ut uidetur, arbitrio adscripsit P*  
9 dixerunt  $\Pi$  duxerunt  $\delta P$  11 prefatio corr. in prefectio  $M$



- XII. De officio tribuni militum.  
 XIII. De centuriis atque vexillis peditum.  
 XIII. De turmis equitum legionariorum.  
 XV. Quemadmodum legionum acies instruantur.  
 XVI. Quemadmodum triarii uel centuriones armentur. 5  
 XVII. Commissa pugna grauem armaturam stare pro muro.  
 XVIII. Nomina militum et gradus in scutis eorum auersis  
 scribenda.  
 XIX. Praeter corporis robur notarum uel computandi artem  
 in tironibus eligendam. 10  
 XX. Donatiui partem dimidiam debent apud signa milites  
 sequestrare seruandam.  
 XXI. In legione ita fieri promotiones, ut per omnes cohortes  
 transeant qui promouentur.  
 XXII. Quid inter tubicines et cornicines et classicum intersit. 15  
 XXIII. De exercitatione militum.  
 XXIII. Exempla adhortationum exercitii militaris de aliis ar-  
 tibus tracta.  
 XXV. Enumeratio ferramentorum uel machinarum legionis.]

1 peditum *hoc loco omittunt* ε 3 XIII om. ε 7 auersis Aπ  
 aduersis μ aduersis G 9 Pret corr. ex propter Q robor Q  
 computandi] computandi Q commutandi M 10 elegendam ε  
 11 aput A 12 seruandum α seruandum ipfis PG<sub>2</sub> seruandam  
 ipfis Π 13 cohortes Q 17 adortationum μ adhort. et  
 exercitii (uel exercitu) P 19 enumeratis Π perferramen-  
 torum A' machinorum α. *Denuo titulos a XXII—XXV ad-*  
*dunt AG, ille hoc loco ferramentorum et machinarum, hic ferram.*  
*et machinorum praebentes. Item M, sed compluribus uerbis de-*  
CAP. XXII. 14 tubicines c. b. ΠμG Par. 6503 tubicines et cornic. (cornices V) buc. (sed illud et in A paululum erasum est) AδP Oud. 15 tubicen δP tubicina ε tubicines Π rursus ΠP 16 quoties P 17 nutui (sed i in M non satis genuinum) ML 18 aliquid Π 19 [quoties mon. — cornices canunt] Stewechius Schwebelius 20 c. classicum. Item A' 21 bucinatores] cornices Lange (h. m. p. 57; Hyg. p. 172) cornu π cornū Aμ cornū G 23 [imperatore praef.] Π in milite Π

S. L. 4 amministrauerit Π 5 scolae O 9 adfectione] adfectione μ affectione Π 10 a] ad M 11 contextionem] contextione Π

CAP. XXII. 24 animaduertitur] anima aduertitur A<sub>1</sub>



cesse est. Siue ergo ad uigilias uel agrarias faciendas siue ad opus aliquod uel ad decursionem campi exeunt milites, tubicine uocante operantur et rursus tubicine admonente cessant. Cum autem mouentur signa aut iam mota figenda sunt, cornicines canunt. Quod ideo in omnibus exercitiis et processionibus custoditur, ut in ipsa pugna facilius obtemperent milites, siue eos pugnare siue stare siue sequi uel redire praeceperint duces; siquidem ratio manifesta sit semper in otio debere fieri quod necessario faciendum uidetur in proelio. 10

XXIII. Legionis ordinatione digesta ad exercitium reuertitur, unde, sicut iam dictum est, exercitus nomen accepit. Iuniores quidem et noui milites mane ac post meridiem ad omne genus exercebantur armorum. Veteres autem et eruditi sine intermissione semel in die exercebantur armis. Neque enim longitudo aetatis aut annorum numerus artem bellicam tradit, sed, post quanta uolueris stipendia, inexercitatus miles semper est tiro. Armaturam, quae festis diebus exhibetur in circo, non tantum armaturae, qui sub campidoctore sunt, sed omnes 20

V. L. 1 ad uigilias uel agr. ε ad uigilias ad agrarias Π ad uig. uel ad agr. δ ad u. uel gratias P 7 pugna] acie Π 9 [fit] P

CAP. XXIII. 12 reuertitur Π uulgo 14 exercitabantur Π 15 in diem ΑμP 16 sed post quanta uolueris stipendia inexercitatus miles semper est tiro (tyro V) V uulgo sed postquam ita uolueris (uoluerit Π<sub>2</sub>) ft. inexercitatus (-of A -if Π) m. f. e. tyro (ty≡ro A) αΠP sed continua exercitationis meditatio inex. m. f. e. tyro (tiro D) LD sed continua inexercitationis meditatio eruditum militem reddit (sed omnia inde ab -ionis in loco eraso) tyro Q 19 armatura P 19 arm. q. festis diebus exhib.] a P<sub>2</sub> (XV saec.) *suprascriptum est* glofa ē nō textul festis] cunctis λ 19 in circo] idcirco εP 20 campi doctore AuP campi doctores G campidoctores Π campum ducturae δ

S. L. 2 decursionem] decussione Αμ exeunt] essent Π 3 admonente] admonte A<sub>1</sub> 4 aut] ut A (P) 5 figenda] facienda Π (ex fienda, quod Par. 7230 A praebet, natum) 7 obtemperant] obtemperet α' 9 ocio μ necessario faciendum] n. faciendū α 10 proelio Π

CAP. XXIII. 14 meridiem] meridiē α' omne] -em Π

aequaliter contubernales cotidiana meditatione discebant. Nam et uelocitas usu ipso acquiritur corporis et scientia feriendi hostem seque protegendi, praesertim si gladii cominus dimicetur. Illud uero maius est, ut seruare  
 5 ordines discant et uexillum suum in tantis permixtionibus in ipsa prolusione comitentur, nec inter doctos aliquis error existat, cum multitudinis sit tanta confusio. Ad palum quoque uel sudibus exerceri percommodum est, cum latera uel pedes aut caput petere punctim caesimque  
 10 condiscant. Saltus quoque et ictus facere pariter aduescant, insurgere tripudiantes in clipeum rursusque subsidere, nunc gestiendo prouolare cum saltu, nunc cedentes in terga resilire. Missilibus etiam palos ipsos procul ferire meditentur, ut et ars dirigendi et dexterarum uirtus  
 15 possit ad crescere. Sagittarii uero uel funditores scopas, hoc est fruticum uel straminum fascas, pro signo ponebant, ita ut sexcentis pedibus remouerentur a signo, ut sagittis uel certe lapidibus ex fustibulo destinatis signum saepius tangerent. Propterea sine trepidatione in acie  
 20 faciebant quod ludentes in campo fecerant semper. Aduescendum est etiam, ut semel tantum funda circa caput

V. L. 1 discebant] sed et corporis uelocitatem *subiungit*  $\lambda$   
 4 ut] quod  $\pi$  5 discant *A Par.* 6503  $\Pi VP$  6 comitantur  
 $\alpha\pi$  6 nec] ne *G* 7 ductos  $\delta$  7 [error]  $\Pi$  7 existit  $\alpha'\pi$   
 7 cum  $\pi$  quod  $A\mu$  c]  $\tilde{u}^2$  *G* 8 uel sudibus] [uel sudibus] *P* uel  
 sudibus *G* 8 percommodum] commodum  $\delta$  8 exerceri] iunior  
 res exerceri *uulgo* 10 aduescunt (aduasce. *A*)  $\alpha$  11 tripu  
 diantes] trepidantes  $\epsilon$  11 clypeum *A* 11 rursus[que]  $\Pi$   
 13 missilibus *P* 14 meditantur  $\alpha\pi$  14 [et]  $\Pi$  14 dextre  
*Par.* 6503 17 sexcentos pedes  $\delta$  18 certis lapidibus uel f.  $\Pi$   
 20 quod l.  $G\lambda\pi$  concludentes *A* quo ludentes *M*

S. L. 1 cottidiana *A* 2 acquiritur  $\Pi$  [scientia] sciencia  
 $A\mu$  5 permixtionibus] promissionibus  $\Pi$  7 multitudi  
 nis sit] multitudini sit  $\mu G$  10 saltos  $A_1$  10 ictos  $A_1$   
 10 aduescant  $\Pi$  12 prouolare] peru.  $\Pi$  13 resilire] re  
 filere  $\epsilon$  15 accrescere  $\Pi$  [scopas] ifcopas *A* 16 fru  
 ticum] fruticum *A* 19 tangerent] tangerentur *A* 20 fa  
 ciebant] facie faciebant *A* fugiebant  $\Pi$  20 aduesce.  $\Pi$   
 21 ut semel] uel f.  $\mu$

rotetur, cum ex ea emittitur saxum. Sed et manu sola omnes milites meditabantur libralia saxa iactare, qui usus paratior creditur, quia non desiderat fundam. Missibilia quoque uel plumbatas iugi perpetuoque exercitio dirigere cogebantur, usque adeo, ut tempore hiemis de tegulis uel 5 scindulis, quae si deessent, certe de cannis, ulua uel culmo et porticus tegerentur ad equites et quaedam uelut basilicae ad pedites, in quibus tempestate uel uentis aëre turbato sub tecto armis erudiebatur exercitus. Ceteris autem etiam hibernis diebus, si niues tantum pluuiæque cessarent, 10 exerceri cogebantur in campo, ne intermissa consuetudo et animos militum debilitaret et corpora. Siluam caedere, portare onera, transilire fossas, natate in mari siue fluminibus, gradu pleno ambulare uel currere etiam armatos cum sarcinis suis frequentissime conuenit, ut cotidiani laboris usus in pace difficilis non uideatur in bello. Siue ergo legio siue auxilia fuerint, exerceantur adsidue. Nam quemadmodum bene exercitatus miles proelium cupit, ita formidat indoctus. Postremo sciendum est in pugna usum amplius prodesse quam uires; nam si 20 doctrina cesset armorum, nihil paganus distat a milite.

XXIII. Athleta uenator auriga propter exiguam mercedem uel certe plebis fauorem cotidiana meditatione

V. L. 1 [e]mittitur  $\pi$  4 iugiter  $\delta$  5 adeo] ad hec *A* ad haec *G*  
 6 scindulif (scin  $\equiv$   $\equiv$  dulif *II* scindolif *G*) *Isidorus*  $\alpha\pi Q_2$  scandalif *L* scandalif *Q\_1* scandalof *M* 8 uentif aëre turbato] uentif aere turbatof *A* u. aere turbatof *M* uentif sepe turbatof *II*  
 11 consuetudine  $\delta$  12 animof  $\mu\pi$  animof *A*  $\delta$  animof *P* animof quidem *G* 12 debilitaretur  $\delta P$  15 ut a cottid.  $\alpha'$   
 17 auxilio *A'* CAP. XXIII. 22 athleta *M*  $\pi$  adleta *A'*  
 adhleta *L* adtleta *Q*

S. L. 6 ulua] gulua *II* 7 porticof *M* basilice *A\_1*  
 9 tecto] tectu *A\_1* 10 hiuernif *II* pluuiæque] plumbieq.  
*M* 13 honera *A'* transilire] transilire *A* transilire *M*  
 15 armatof] armatuf *II* cottidiani  $\alpha'$  (*L*) 17 adsidue] adsidue (-ae *G*) *A'* *II* 18 quemammodum *II* prelium *II*  
 19 cupit ita] cupidita *A\_1* CAP. XXIII. 22 uenator] uenatur *A\_1* 23 faborem *II* cottidiana (-e *A*)  $\varepsilon$

artes suas aut seruare aut augere consuevit; militem, cuius est manibus seruanda respublica, studiosius oportet scientiam dimicandi usumque rei bellicae iugibus exercitiis custodire, cui contingit non tantum gloriosa uictoria sed  
 5 etiam amplior praeda, quem ad opes ac dignitates ordo militiae et imperatoris iudicium consuevit euehere. Artifices scaenici ab exercitiis non recedunt pro laude uulgi; miles sacramento lectus ab exercitio armorum uel nouellus uel iam uetustus cessare non debet, cui pugnandum  
 10 est pro salute propria et libertate communi; praesertim cum antiqua sit prudensque sententia omnes artes in meditatione consistere.

XXV. Legio autem non tantum militum numero sed etiam genere ferramentorum uincere consuevit. Primum  
 15 omnium instruitur iaculis, quae nullae loricae, nulla possunt scuta sufferre. Nam per singulas centurias singulas carballistas habere consuevit, quibus muli ad trahendum et singula contubernia ad armandum uel dirigendum, hoc est undecim homines, deputantur. Hae quanto  
 20 maiores fuerint, tanto longius ac fortius tela iaculantur. Non solum autem castra defendunt, verum etiam in campo post aciem grauis armaturae ponuntur; ante quarum im-

V. L. 1 artef suas aut seruare aut augere *Au* a. f. aut f. aut agere *ΠΓ* a. f. (f. a. *P*) aut certare aut agere *δP* [a. f.] aut certare aut agere *Stewechius Oudendorpius* 1 consuevit] consuescunt *λ* 3 bellicae] publicae *Gδ* publicae *corr. in* bellicae *L* 4 contigit *Π* contigit *P* non t.] non solum *Π* 5 opes ad d. *ε* 7 scenici *λ* 9 iam] etiam *GδP*  
 10 [propria] *Π*

CAP. XXV. 15 quae] quibus *Giss.* 16 sufferre] sufficere *ε Giss.* 17 carballist. *Auπ* 17 multi *M<sub>2</sub>λδ* 17 ad tr.] adprehendendum *δ* 18 [et] singula *λ* 19 hae quanto *π* Nam he quanto *α* Nam [h.] quanto *λP* 20 longius] locius *A* uelocius *G* 20 [ac fortius] *Scriuerius* 21 [autem] *Π*

S. L. 8 miles] milites *α'* 11 sententia] -ā *Π*

CAP. XXV. 15 nulla elorice *A* 16 centurias] -ef *A'* 20 ac] hac *M* 21 defendunt] defundunt *α'* 22 ante quarum] antiquarum *α'*

petum nec equites loricati nec pedites scutati possunt hostium stare. In una autem legione quinquaginta quinque carroballistae esse solent. Item decem onagri, hoc est singuli per singulas cohortes, in carpentis bubus portantur armati, ut, si forte hostes adpugnatum uenerint<sup>5</sup> uallum, sagittis et saxis possint castra defendi. Scafas quoque de singulis trabibus excauatas cum longissimis funibus et interdum etiam ferreis catenis secum legio portat, quatenus contextis isdem, sicut dicunt, monoxyliis, superiectis etiam tabulatis, flumina sine pontibus, quae<sup>10</sup> uadari nequeunt, tam a peditibus quam ab equitatu sine periculo transeantur. Habet ferreos harpagonas, quos lupos uocant, et falces ferreas confixas longissimis contis; item ad fossarum opera facienda bidentes ligones palas rutra alueos cofinos, quibus terra portetur. Habet quoque<sup>15</sup> dolabras seures ascias serras, quibus materies ac pali dedolantur atque serrantur. Habet praeterea artifices cum omnibus ferramentis, qui ad obpugnandas hostium ciuitates testudines musculos arietes uineas, ut appellant, turres etiam ambulatorias faciunt. Verum ne singula<sup>20</sup> enumerando plura dicantur, uniuersa, quae in quocumque belli genere necessaria esse creduntur, secum legio debet

---

V. L. 3 carroballist.  $\mu P$  5 adpugnatum uel ad adpugnandum *Lang* (cf. *Tacit. ann.* 2, 81 classsem adpugnare 4, 48 castra adpugnarent, 15, 13 modo uallum modo castellum adpugnare) ad pugnandum  $\varepsilon III P$  ad oppugnandum  $\delta$  5 hostif — uenerit  $\delta$  9 portet *II* monoxyliis *IIIMQ* monoxiliis  $\delta$  monoxylis *A* monoxilif *G* monoxylif *L* 11 equitibus  $\lambda \delta P$  12 harpagonas *scripsi ex* arpational  $\alpha'$  arpationes *G* arpagones  $\pi$  13 [et]  $\delta$  15 rutra] rastra *G\pi* portatur *II* 16 ferras] ferreas *II* 16 materief  $\pi'$  materia *P* 18 expugnandas  $\delta P$  19 uineas] uineas faciunt (fatiunt *V*)  $\delta P$  20 faciunt  $\varepsilon$  20 singula enum.]  $\alpha$  singule numerando *II* singula numerando  $\delta Q$  singuli enumerando *L*

---

S. L. 6 uallum] ballum  $\alpha'$  7 traibus *M* excabatat  $\alpha'$  9 hisdem  $\varepsilon \pi'$  11 equitatu sine] -o sine *A* -of sine *M* 15 albeof  $\alpha'$  18 oppugnandas *II* 19 arietef] arietef  $\alpha'$  19 appellant turref] appellantur ref  $\varepsilon$  22 neccessaria *A*

ubique portare, ut, in quouis loco fixerit castra, armatam  
faciat ciuitatem.

---

V. L. 1 ut] et  $M_1$  fixerint  $\Pi$  armata  $A$

Fl. (Flauii  $L$ ) Vegati (Vegeti  $M_2\lambda$ ) Renati Viri Inlustris De  
Re Militari Lib̄ II Exp̄t. Incipit ([I.]  $A'$ ) Lib̄ III Feliciter Inci-  
piunt Capitula Libri Tertii (III  $\lambda$ )  $\varepsilon$  Explicit Liber Secundus  
Incipit Liber Tertius. Tituli Libri Tertii  $\Pi$  Exp̄t Liber II Inc̄.  
cap. 1. III (*sine siglis*  $\mathcal{V}$ )  $\delta$  Incipiunt cap. Libri Tertii  $P$

---

S. L. 1 armatam] armata  $A_1$

[Incipiunt capitula libri tertii:

- I. Qui modus esse debeat exercitus.
- II. Quemadmodum sanitas gubernetur exercitus.
- III. Quanta cura prouidenda sint atque seruanda pabula uel frumenta.
- IIII. Quemadmodum oporteat prouidere, ne seditionem milites faciant. 5
- V. Signorum militarium quanta sint genera.
- VI. Quanta sit seruanda cautela cum uicinis hostibus mouetur exercitus.
- VII. Quemadmodum flumina, quae maiora sunt, transeantur. 10
- VIII. Quemadmodum castra debeant ordinari.
- VIIII. Quae et quanta consideranda sint, ut intellegatur, utrum superuentibus et insidiis an publico debeat Marte conflagri.
- X. Quid oporteat fieri, si quis desuetum a pugna exercitum habeat uel tironem. 15
- XI. Quae ipso die procuranda sint, cum publica committitur pugna.
- XII. Inuestigandum, quid sentiant milites pugnaturi.
- XIII. Quemadmodum idoneus locus eligatur ad pugnam. 20
- XIIII. Quemadmodum acies debeat ordinari, ut in conflictu reddatur inuicta.

---

1 esse debet  $\lambda P$  exercitū  $\Pi$  3 fabula  $M_1$  5 seditiones  $P$   
 12 sunt  $Q\lambda$  intelligatur  $\Pi$  intelligantur  $P$  13 superuentibus ex inf.  $\lambda$  superuenientibus et insidiis  $\delta$  superuenientibus inimicis insidiis  $\Pi$  15 [si quis]  $M_1 Q_1 L$  [quis]  $M_2 Q_2$  15 de-  
 fuedū  $M_1$  15 ad pugnam  $Q[M_2]$  ad pugna  $L$  16 tironem  $\Pi$   
 17 quo  $\pi$  21 debeant — conflictu  $\alpha'$  22 reddantur  $A'$

- XV. Ratio podismi, quantum spatium in acie inter singulos homines in longum uel inter singulos ordines in latum debeat custodiri.
- XVI. De equitibus ordinandis.
- 5 XVII. De subsidiis, quae post aciem conlocantur.
- XVIII. In quo loco primus dux stare debeat, in quo secundus, in quo tertius.
- XVIII. Quibus remediis uirtuti uel dolis hostium resistatur in acie.
- 10 XX. Quot generibus pugna publica committatur et quomodo etiam qui inferior numero et uiribus est ualeat obtinere.
- XXI. Viam abscedendi hostibus dandum, ut deleantur facilius fugientes.
- 15 XXII. Quemadmodum ab hostibus recedatur, sic consilium displicet pugnae.
- XXIII. De camelis et catafractis equitibus.
- XXIII. Quomodo quadrigis falcatis uel elephantis in acie possit obsisti.
- 20 XXV. Quid fieri debeat, si uel pars fugerit uel totus exercitus.
- XXVI. Regulae bellorum generales.]

1 podifimi  $L_1$  singulos homines in longum uel inter *om.*  
*IID* 2 in latum } illatum  $\Pi$  3 debet  $\varepsilon P$  6 in quo duo in  
 quo tres  $D$  10 Quod  $Q_1$  10 [publica]  $\Pi$  10 committatur  $\lambda$   
 11 [qui]  $\Pi$  q  $L$  qui in *marginē*  $L_2$  12 obtinere] obtinere  
 [optinere  $D$ ] uictoriam  $\delta$  optinere  $M\Pi$  13 ascendi  $\Pi$   
 13 facilius] facientes  $\alpha$  16 pugne displ. *hoc loco A' sed non*  
*in ipsa capitis inscriptione* [pugne]  $M$  displicent  $A$  17 ca-  
 mellis  $\alpha'$  18 possint  $\varepsilon$  19 obfistere  $\Pi$  *Capitulationi addunt:*  
 Incipit prologus  $\Pi$  Incipit Liber Tertius  $P$  Expt. cap libri III.  
 Incipit praefatio in libro IIII ad Theodosium  $D$  Explicunt  
 capitula V.



### L I B E R III.

---

Athenienses et Lacedaemonios ante Macedonas rerum potitos prisci locuntur annales. Verum apud Athenienses non solum rei bellicae sed etiam diuersarum artium uiguit industria, Lacedaemoniis autem praecipua fuit cura bel-  
 lorum. Primi denique experimenta pugnarum de euen- 5  
 tibus colligentes artem proeliorum scripsisse firman-  
 tur usque eo, ut rem militarem, quae uirtute sola uel certe  
 felicitate creditur contineri, ad disciplinam peritiaeque  
 studia reuocarent ac magistros armorum, quos tecticos  
 appellauerunt, iuuentutem suam usum uarietatemque pu- 10  
 gnandi praeciperent edocere. O uiros summa admiratione  
 laudandos, qui eam praecipue artem ediscere uoluerunt,  
 sine qua aliae artes esse non possunt! Horum sequentes  
 instituta Romani Martii operis praecepta et usu retinue-  
 runt et litteris prodiderunt. Quae per diuersos auctores 15  
 librosque dispersa, imperator inuicte, medlocritatem meam  
 abbreviare iussisti, ne uel fastidium nasceretur ex pluri-  
 mis uel plenitudo fidei deesset in paruis. Quantum au-

V. L. 1 macedones  $\Pi$  2 loquuntur  $\pi$  3 rei publicae  $\delta$   
 5 de euent.] de edentibus  $A'$  7 sola ac felic.  $\Pi$   
 8 disciplinae  $\lambda$  9 reuocarint  $\delta P$  11 praeciperent  $\mu \Pi$   
 praeciperint  $A'$  praeceperint  $\delta P$  11 edoceri  $\delta P$  11 o uiros]  
 quif non hos  $\lambda$  13 [sequentes]  $\Pi$  14 usum  $\lambda$  retinuerunt  $\Pi$   
 17 abbreviare  $\Pi$  adbreuiare  $\varepsilon \delta P$  18 deesset] deficere-  
 tur  $\Pi$

S. L. 1 machedonas (-  $\varepsilon GM$  -)  $\alpha$  2 potitos] potius  $A_1$   
 4 lachedaemoniis  $M$  7 uirtute] uirtutē  $A_1$  10 usum]  
 usu  $\mu$  11 ammiratione  $\Pi$  12 laudandos] laudandus  $A_1$   
 14 marci  $M$

tem in proeliis Lacedaemoniorum disciplina profuerit, ut  
omittam cetera, Xanthippi declaratur exemplo, qui Atilium  
Regulum Romanumque exercitum saepe uictorem cum  
Karthaginiensibus non uirtute sed arte solus ferret auxi-  
5 lium, prostratis exercitibus, cepit ac domuit unoque con-  
gressu triumphans bellum omne confecit. Nec minus  
Hannibal petiturus Italiam Lacedaemonium doctorem  
quaesiuit armorum, cuius monitis tot consules tantasque  
legiones inferior numero ac uiribus interemit. Igitur qui  
10 desiderat pacem, praeparet bellum; qui uictoriam cupit,  
milites inbuat diligenter; qui secundos optat euentus,  
dimicet arte, non casu. Nemo prouocare, nemo audet  
offendere quem intellegit superiorem esse, si pugnet.

I. Primus liber tironum dilectum exercitumque de-  
15 prompsit, sequens legionis institutionem disciplinamque  
edocuit militarem, hic tertius classicum sonat. Ideo enim  
illa praemissa sunt, ut haec, in quibus peritia certaminum  
et uictoriae summa consistit, disciplinae ordine custodito  
et intellegerentur celerius et amplius adiuuant.

20 Exercitus dicitur tam legionum quam etiam auxilio-  
rum nec non etiam equitum ad gerendum bellum multi-

V. L. 2 cetera  $\pi\lambda$  cetera<sup>f</sup>  $\alpha$  cetero<sup>f</sup> Par. 7230 A uulgo

2 xanthippi  $\Pi$  xanethippi  $\alpha$  xanethippi L xanethippi<sup>h</sup> G fan-  
tippi V xantippi DP 2 atilium] attilium D atalium V [Reg.]  
 $\Pi$  4 karthaginensibus M kartaginensibus  $\Pi$  cartaginienfi-  
bus A $\delta$ P cartaginensibus  $\lambda$  artaginienfibus G<sub>1</sub> 4 solif P  
7 annibal  $\alpha$  10 praepararet L praeparat Q 13 esse si  
pugnet] (in L spatio relicto inter esse et si)  $\varepsilon$  futurum effat si pu-  
gnet  $\Pi$  esse pugnaturum V esse se pugnaturum D futurum esse  
pugnaturum P

CAP. I. 14 delectum  $\delta$ P depromsit GLD deprompsit  
ita ut pf in l. er. fit P 15 [que edocuit militarem]  $\delta$  21 nec  
non etiam  $\varepsilon$  nec non et  $\Pi$  nec non  $\delta$  nec etiam P

S. L. 1 lachedemoniorum M 5 cepit] coepit  $\alpha$  8 tot]  
toto M<sub>1</sub> 9 interemit] interimit M 11 imbuat  $\Pi$  fecun-  
dof] -uf A 13 intellegit] -et A'

CAP. I. 18 ordine] ordinem  $\alpha'$

tudo collecta. Huius modus a magistris quaeritur armo-  
 rum. Nam cum Xerxis et Darii et Mithridatis ceterorumque  
 regum, qui innumerabiles armauerant populos, exempla  
 releguntur, euidenter apparet nimium copiosos exercitus  
 magis propria multitudine quam hostium uirtute depres- 5  
 sos. Nam pluribus casibus subiacet amplior multitudo;  
 in itineribus pro mole sua semper est tardior, in longiore  
 autem agmine etiam a paucis superuentum adsolet pati;  
 in locis autem asperis uel fluminibus transeundis propter  
 impedimentorum moras saepe decipitur; praeterea ingenti 10  
 labore numerosis animalibus equisque pabula colliguntur.  
 Rei quoque frumentariae difficultas, quae in omni expe-  
 ditione uitanda est, cito maiores fatigat exercitus. Nam  
 quantolibet studio praeparetur annona, tanto maturius  
 deficit, quanto pluribus erogatur. Aqua denique ipsa 15  
 nimiae multitudini aliquando uix sufficit. Quod si casu  
 acies uerterint tergum, necesse est multos cadere de mul-  
 tis et illos, qui effugerint, ut semel territos, postea formi-  
 dare conflictum. Veteres autem, qui remedia difficulta-  
 tum experimentis didicerant, non tam numerosos quam 20  
 eruditos armis exercitus habere uoluerunt. Itaque in  
 leuioribus bellis unam legionem mixtis auxiliis, hoc est  
 decem milia peditum et duo milia equitum, crediderunt  
 posse sufficere, quam manum praetores uelut minores  
 duces ad expeditionem saepe ducebant. Quod si magnae 25

V. L. 1 huius modus  $A'\pi'$  hic m.  $\mu P$  huic m. uulgo 2 cum]  
 et  $\Pi$  2 xerxis  $\pi'$  xerxis  $\lambda P \equiv$  xerxis  $M$  xerxis  $G$  xerxis  $A$  2 et  
 $M$ .] uel m.  $\pi'$  2 mithridatis  $\mu$  mitridatis (in  $\Pi$  ab alia manu scri-  
 ptum)  $\pi$  mitridatis  $A$   $mi \equiv$  tridatis  $G$  4 leguntur  $\delta$  [copio-  
 fos]  $\Pi$  14 quantumlibet  $\delta P$  uulgo studio praep.] studio se-  
 paretur (-ose par-  $V$ ; in  $P$  -ose in l. er.)  $\delta P$  studiose praepare-  
 tur uulgo 15 deficit  $A'$  Modius 16 nimia multitudine  $\delta$   
 17 acies casu  $\Pi$  18 uel[ut]  $\delta$

S. L. 3 exempla releguntur] exemplar eleguntur (elig.  $M$ )  $\alpha'$   
 4 exercitus] -of  $\alpha'$  6 casibus] cassibus  $A$  7 longiorem  $\alpha'$   
 10 impedimentorum] impeditorum  $\Pi$  11 equisque] aequif-  
 quae  $\mu$  13 uitanda] uidenda  $M$  17 uerterint] uerterent  $A\mu$   
 18 territof] territuf  $A_1$  19 conflictum] conflictu  $\Pi$  21 ex-  
 ercitus] -of  $\alpha'$  22 unam] uriam  $M$  25 ducebant] dicebant  $\Pi$

hostium copiae dicerentur, consularis potestas cum uiginti milibus peditum et quattuor milibus equitum tamquam comes maior mittebatur. Quod si infinita multitudo ex gentibus ferocissimis rebellasset, tunc, nimia necessitate cogente, duo duces et duo mittebantur exercitus cum eiusmodi praecepto, ut 'prouideant, ne quid respublica detrimenti capiat, consules ambo alterue'. Denique cum in diuersis regionibus, contra diuersos hostes a populo Romano annis prope omnibus pugnaretur, ideo sufficiebant militum copiae, quia utilius iudicabant non tam grandes exercitus habere quam plures, illa tamen ratione seruata, ne umquam amplior multitudo socialium auxiliarium esset in castris quam ciuium Romanorum.

II. Nunc, quod uel maxime prouidendum est, quemadmodum sanitas custodiatur exercitus, admonebo, hoc est locis aquis tempore medicina exercitio. Locis, ne in pestilenti regione iuxta morbosas paludes, ne aridis et sine opacitate arborum campis aut collibus, ne sine tentoriis aestate milites commorentur; ne egressi tardius et calore solis et fatigatione itineris contrahant morbum, sed potius in aestu, ante lucem coepto itinere, ad destinata

V. L, 1 ducerentur  $\pi\lambda$  2 [peditum et quattuor]  $\epsilon$ , *P* item omiserat sed statim correxit equitū in peditū atque in margine addidit et quattuor milibus equitū) 4 rebellaret *II* necessitudine *II* 6 ut prouideant  $\epsilon P$  prouideant (prouidebant *D*)  $\pi'$  7 c. ambo alterue *Kortlius* ambo altera *A* c. ambo altero *M* c. ambo alter *G* pconsules ambo altero  $\lambda$  pconsules ambo altero *P* consules ambo alterue alter amboue *II* c. a. alter uel alt. amboue  $\delta$  consules alter amboue *Cic. Phil.* 5, 19 (similiter *Gellius* 1, 12) conf. ambo uel alter amboue *Oudendorpius* consulum alter amboue *Schwebelius* 7 [in]  $\epsilon P$  11 plures] instructos *Q<sub>2</sub>* in *l. er.* 12 fociorum  $\lambda P$  auxiliarum  $\pi$

CAP. II. 19 [et] calore  $\lambda P$  21 in aestu ante lucem scripsi *ex* in aestu ante luce  $\pi'$  in aestate luce  $\epsilon P$  (sed in *G* i c et at in *l. er.* et corr. a 2) aestu ante lucem *Schwebelius*

S. L. 1 consularis *A<sub>1</sub>* 9 sufficiebant] sufficiebat  $\pi$  10 iudicabant] iudicabunt *M* 11 exercituf] -of  $\alpha'$  12 effef] esse *II*

CAP. II. 14 quemadmodum *II* 20 fatigatione] fatigationef *M* 21 coepto] cepto *II* destinata  $\mu$

perueniant; ne saeua hieme iter per niues ac pruinas noctibus faciant aut lignorum patiantur inopiam aut minor illis uestium suppetat copia; nec sanitati enim nec expeditioni idoneus miles est, qui algere compellitur. Nec perniciosus uel palustribus aquis utatur exercitus; nam 5 malae aquae potus, ueneno similis, pestilentiam bibentibus generat. Iam uero ut hoc casu aegri contubernales opportunis cibis reficiantur ac medicorum arte curentur, principiorum tribunorumque et ipsius comitis, qui maiorem sustinet potestatem, iugis quaeritur diligentia; male 10 enim cum his agitur, quibus necessitas et belli incumbit et morbi. Sed rei militaris periti plus cotidiana armorum exercitia ad sanitatem militum putauerunt prodesse quam medicos. Itaque pedites sine intermissione imbribus uel niuibus sub tecto, reliquis diebus exerceri in 15 campo uoluerunt. Similiter equites non solum in planis sed etiam in abruptis et fossarum hiatu difficillimis semitis seque et equos suos adsidue exercere iusserunt, ut nihil his in necessitate proelii accidere posset incognitum. Ex quo intellegitur, quanto studiosius armorum arte do- 20 cendus sit semper exercitus, cum ei laboris consuetudo et in castris sanitatem et in conflictu possit praestare uictoriam. Si autumnali aestiuoque tempore diutius in isdem locis militum multitudo consistat, ex contagione aquarum et odoris ipsius foeditate uitiatas haustibus et aëre corru- 25

V. L. 3 illis] illuc  $\Pi$  4 Nec] ne  $\mu$  5 palustribus  $\pi$   
 palus  $\alpha'$  paludosis  $G\lambda$  6 ueneno similis  $\pi'$  ueneno simile  $M$   
 uenenosi miles  $A$  uenenosi militibus  $G$  [ueneno sim.]  $\lambda P$   
 7 generant  $\mu P$  ut hoc casu uulgo occasu  $\alpha$  ut casu  $\pi$  casu  $\lambda P$   
 ut occasu *Stewechius* hoc casu *Oudendorpius*; sed uix ut uocabulo  
*careri potest* 9 principiorumque  $V_1$  principumque *corr.* ex  
 principiorumque  $P$  12 [et morbi]  $\Pi$  13 exercitia armorum  
 $\Pi$  19 accedere  $\varepsilon\Pi$  possit  $\varepsilon\Pi$  20 quanto] quam  $\lambda P$

S. L. saeua] saeua  $A'$  saeua  $\mu\pi$  2 paciantur  $\alpha$  4 qui  
 algere] quialgere (quilgere  $L$ )  $\mu$  compellitur  $\pi$  5 qui-  
 nitiosus  $\alpha$  nam] Nec  $A$  6 malae] mala  $A$  8 cybis  $A$   
 9 ipsius] ipsius  $\Pi$  12 cotidiana  $\varepsilon P$  16 uoluerunt] uolue-  
 rint  $A$  18 assidue  $\Pi$  19 prelii  $\Pi$  22 conflictu] -o  $\alpha$   
 23 autumnali aestiuo] autumnalia aestiuo (est-  $M$ )  $\alpha'$  idem]  
 hisdem  $\varepsilon\pi'$  25 foeditate  $A'\Pi$  uiciatis  $A_1$  haustibus  $\alpha$

pto perniciosissimus nascitur morbus, qui prohiberi non potest aliter nisi frequenti mutatione castrorum.

III. Ordo postulat, ut de commeatu pabulo frumentisque dicatur. Saepius enim penuria quam pugna consumit exercitum, et ferro saeuior fames est. Deinde reliquis casibus potest in tempore subueniri, pabulatio et annonae in necessitate remedium non habent, nisi ante condantur. In omni expeditione unum est et maximum telum, ut tibi sufficiat uictus, hostes frangat inopia. Ante igitur quam inchoetur bellum, de copiis expensisque solers debet esse tractatus, ut pabula frumentum ceteraque annonariae species, quas a prouincialibus consuetudo deponcit, maturius exigantur et in oportunis ad rem gerendam ac munitissimis locis amplius semper modus, quam sufficit, adgregetur. Quod si tributa deficiunt, prorogato auro comparanda sunt omnia. Neque enim diuitiarum securae possessio est, nisi armorum defensione seruetur. Frequenter autem necessitas geminatur et obsidio saepe fit longior, quam putaris, cum aduersarii etiam ipsi esurientes circumsidere non desinant quos fame sperant esse uincendos. Praeterea quicquid in pecore uel quacumque fruge uinoque hostis inferens bellum ad uictum suum poterit occupare, non solum admonitis per edicta

V. L. 2 frequenter  $\varepsilon P$

CAP. III. 3 commeatu pabulo frumentisque  $\delta$  commeati (comeati  $\mu$ ) pabulo frumentif  $A\mu$  commeantif pabulo frumentifque  $\Pi$  commeatu pabulif frumentifque  $P$  commeatu pabuli frumentifque  $G$  8 est et  $\pi'$  extet  $G\mu P$  exter  $A$  9 telum] consilium  $\delta P$  hos<sup>tef</sup>  $\Pi$  10 [copiif]  $\lambda$  expensifque solers] expensif fit procuratio quae solers  $\lambda$  11 tractatuf] contractuf  $\Pi$  13 [ad rem ger.]  $\lambda$  15<sup>con</sup> agregetur  $\Pi$  18 et] si  $\Pi$  19 putatur  $\lambda$  21 quidquid  $A_1$

S. L. 1 perniciosissimuf] pernitiosissimuf  $A'$  perniciosissimif  $M_1$

CAP. III. 5 famel] famif  $A\mu$  6 subueniri] subuenire  $\mu$  9 uictuf] uictu  $\alpha'$  hostef] hostif  $\alpha'$  12 annonariae] annonaria  $A$  prouincialibus  $\mu$  13 ad rem] regem  $M$  16 comparanda  $A''\Pi$  diuiciarum  $A$  22 hostif] hosti  $\Pi$

possessoribus sed etiam coactis per electos prosecutores ad castella idonea et armatorum firmata praesidiis uel ad tutissimas conferendum est ciuitates arguendique prouinciales, ut ante inruptionem sequere et sua moenibus condant. Reparatio etiam murorum tormentorumque omnium <sup>5</sup> ante curanda est. Nam si semel hostes praeuenerint occupatos, metu uniuersa turbantur, et quae ex aliis urbibus petenda sunt interclusis itineribus denegantur. Sed fidelis horreorum custodia et erogatio moderata consueuit sufficere pro copia, maxime si ab initio procuretur. Ceterum <sup>10</sup> sera parsimonia est tunc seruare, cum deficit. In expeditionibus arduis per capita magis militum quam per dignitates ab antiquis praebantur annonae, ita ut post necessitatem eisdem a republica redderentur. Hieme lignorum et pabuli, aestate aquarum uitanda est difficultas. <sup>15</sup> Frumenti uero et aceti uel uini nec non etiam salis omni tempore necessitas declinanda, ita ut urbes atque castella ab his militibus, qui minus prompti inueniuntur in acie, armis sagittis fustibalis, fundis etiam et saxis onagris ballistisque defendantur. Praecipueque uitetur, ne aduersariorum dolo atque periuriis decipiatur prouincialium <sup>20</sup> incauta simplicitas. Frequentius enim commerciorum pacisque simulatio credulis quam arma nocuerunt. Qua

V. L. 1 possessionibus *A* possessionibus *M* prosecutores *G* (cf. *Cod. Theod.* 10, 24, 3; 12, 6, 12 et 13 etc.) persecutores  $\alpha'$  persecutores  $\lambda$  executores  $\pi$  3 urgendi  $\pi$  6 hostis  $\mu$   
 6 praeuenerit  $\mu$  6 occupatis  $\mu\Pi$  8 fidelis horreorum *Cuiacius* fidelis fors eorum *A'* fidelis fors eorum  $\mu$  fidelibus horreorum  $\Pi$  fidelis aureorum  $\delta P$  11 tum  $\varepsilon$  deficit] defecit  $\alpha'$  defecit  $G_1$  15 uit. est] bitari necesse est  $\Pi$  16 frumenti. Verum *A\mu* 17 ita ut] itaque  $\Pi$  19 ballistis *G* ballistris  $\alpha'$  ballistris *GL\delta P* ballistris *Q* 20 uitetur  $\Pi$  *Kortianus* 2 uidetur  $\mu$  uidetur *A'* cauendum uidetur  $\delta$  uidetur, in *marginē addito* cauendum, *P*

S. L. 1 coactis] quoactis  $A_1$  2 idone<sup>a2</sup>  $\Pi$  3 prouinciales  $\mu$  4 inruptionem] inruptione  $\alpha'$  irruptionem  $\Pi$  4 condant] -unt *M* ( $G_1$ ) 6 occupatis] -us *A'* 7 turbantur] turbatur  $\Pi$  8 petenda] metenda  $\Pi$  18 prompti *A* 19 onagris *A'*

ratione famem collecti patiuntur hostes, dispersi uero crebris superuentibus facile uincuntur.

III. Interdum mouet tumultum ex diuersis locis collectus exercitus et, cum pugnare nolit, irasci se simulat, 5 cur non ducatur ad bellum; quod hi praecipue faciunt, qui in sedibus otiose delicateque uixerunt. Nam asperitate insoliti laboris offensi, quem in expeditione necesse est sustinere, praeterea metuentes proelium, qui armorum exercitia declinarant ad eiusmodi praecipitantur auda- 10 ciam. Cui uulneri multiplex medicina consuevit opponi. Dum adhuc separati sunt et in sedibus suis, tribunorum uel uicariorum nec non etiam principiorum in omnem disciplinam artissima seueritate teneantur nihilque aliud nisi deuotionem moderationemque custodiant. Campi- 15 cursionem, ut ipsi appellant, inspectionem armorum adsidue faciant, nullis commeatibus uacent, ad nomen, ad signa obseruare non desinant, ad sagittas iaciendas, ad missibilia dirigenda, ad iactandos lapides uel funda uel manu, ad armaturae gestum, ad uectes, pro similitudine 20 gladiatorum punctim caesimque feriendo, multo die usque ad sudorem sunt frequentissime detinendi. Cursu etiam et saltu ad transmittendas fossas nihilominus imbuendi. Seu mare siue fluuius uicinus est sedibus, aestiuo tempore ad natandum cogendi sunt omnes. Praeterea sil- 25 uam caedere, iter per dumos et abrupta facere, materiem

---

V. L. CAP. IIII. 7 offensi] infessi  $\Pi$  9 declinarant  $\alpha\pi'$   
 declinarunt  $\lambda$  declinarent  $P$  11 dum] ut dum  $\delta P$  in] ad  $\pi$   
 15 inspectionemque  $\Pi V P$  16 ad nomen et signa  $\lambda$   
 18 missilia  $\Pi P$  funda] fundis  $\Pi$  19 [ad] arm.  $\delta$  ad uectes]  
 ad manus  $\Pi$  20 ferendos  $\delta$  21 sudore *ita ut sudo a 2 in l.*  
*er. scriptum sit*  $\Pi$  23 seu mare siue  $\varepsilon$  seu m. seu  $\delta P$  seu cum  
 m. siue  $\Pi$  25 dumosa  $\delta P$

---

L. S. CAP. IIII. 4 nolit] nollet  $A\mu$  5 hii  $A$  6 deli-  
 cate] deligate  $M$  8 proelium  $\Pi$  9 audatiã  $M$  14 deuo-  
 tionem] deuotione  $\Pi$  15 assidue  $\Pi$  19 armaturae gestum]  
 armatura egestum  $A'$  armature uestum  $\Pi$  21 detenendi  $A_1$   
 22 nihilominus  $A'$  inbuendi  $\lambda$  25 dumos] domos  $\mu$   
 25 facere] fatere  $A_1$



dedolare, aperire fossam, occupare aliquem locum, et, ne a contubernalibus detrudantur, in scutis inuicem obuian-  
tibus niti. Ita exercitati et eruditi in sedibus milites, siue illi legionarii siue auxiliares siue equites fuerint, cum ad expeditionem ex diuersis conuenerint numeris, aemula-  
tione uirtutis proelium magis necesse habeant optare quam otium. Nemo cogitat de tumultu, qui fiduciam de arte uel uiribus gerit. Dux autem esse debet adtentus, ut in omnibus legionibus siue auxiliis uel uexillationibus a tribunis uicariis principiisque, si qui turbulenti uel seditiosi  
sunt milites, non pro inuidia suggerentum sed pro rerum ueritate cognoscat eosque prudentiori consilio segregatos a castris ad agendum aliquid, quod ipsis prope uideatur optabile, aut ad castella urbesque deputet muniendas atque seruandas, tanta subtilitate, ut, cum abiciuntur, ui-  
deantur electi. Numquam enim ad contumaciam pari consensu multitudo prorumpit sed incitatur a paucis, qui uictorum scelerumque inpunitatem sperant peccare cum plurimis. Quod si ferri medicinam necessitas extrema persuaserit, rectius est more maiorum in auctores crimi-  
num uindicari, ut ad omnes metus, ad paucos poena perueniat. Laudabiliores tamen duces sunt, quorum exerci-

V. L. 1 fossas *II* [locum] *II* 2 [in] scutis  $\pi$  3 niti. Ita] Nisi ita *II* 4 ille *corr.* in illi *A* illi *GδP* illis  $\lambda$  illum *M* [illi] *II* 4 fuerunt *A* 6 necesse habeant  $\epsilon$  necesse habent ([neceffe] *II*)  $\pi$  necesse est habeant *P uulgo* 8 gerit] habuerit  $\lambda$  11 suggerentum *A'II* suggerendum  $\mu$  suggerentium  $\delta P$  11 pro rerum] procerum  $\epsilon$  12 prudentiore  $\delta P$  13 prope uid.] prouideatur (-uidebatur *Q*)  $\lambda$  14 deputent (-ent *Q*; -ent *V*)  $\epsilon \delta P$  15 uid.] existimentur  $\delta$  17 sed incitatur] sed incitantur  $\lambda$  si decidatur *V* si decedatur *PD* 17 [a]  $\epsilon$  18 inpunitate (imp- $\delta$ ) *Gδ* 19 ferri  $\alpha LII$  ferre  $\delta P$  fieri *Q uulgo* 20 est] ex *II* more m.] morte aliorum *P* 21 uindicari ut] uindicare ut *L* uindicarent *Q*, uindicare ne *Q*<sub>2</sub> 21 ad p.] per paucos  $\lambda$  22 duces] iudices  $\delta P$  exercitus *uulgo*

S. L. 6 prelium *II* quam otium] quãmotium (~ *er.*) *M* 7 fiduciam *A*( $\lambda$ ) 8 attentus *II* 10 turbulenti] tribulenti *M* 12 ueritate] uarietate *II* cognoscat *A'* 15 tanta] tantam *II* 16 contumaciam  $\epsilon$  18 uictorum *A'* inpunitatem *II* 19 medicinam] medicina *II* 21 poena] pena *II* 22 exercitum] exercitum *II*

tum ad modestiam labor et usus instituit quam illi, quorum milites ad oboedientiam suppliciorum formido compellit.

V. Multa quidem sunt discenda atque obseruanda  
 5 pugnantis, siquidem nulla sit negligentiae uenia, ubi de salute certatur. Sed inter reliqua nihil magis ad uictoriam proficit quam monitis obtemperare signorum. Nam cum uoce sola inter proeliorum tumultus regi multitudo non possit, et cum pro necessitate rerum plura ex tem-  
 10 pore iubenda atque facienda sint; antiquus omnium gentium usus inuenit, quomodo quod solus dux utile iudicasset per signa totus agnosceret et sequeretur exercitus. Tria itaque genera constat esse signorum, uocalia semiuocalia muta. Quorum uocalia et semiuocalia percipiuntur  
 15 auribus, muta uero referuntur ad oculos. Vocalia dicuntur quae uoce humana pronuntiantur, sicut in uigiliis uel in proelio pro signo dicitur, ut puta, uictoria palma uirtus, Deus nobiscum, triumphus imperatoris et alia, quaecumque uoluerit dare is, qui in exercitu habet maximam  
 20 potestatem. Sciendum tamen est ista uocabula cotidie debere uariari, ne ex usu signum hostes agnoscant et explorantes inter nostros uersentur impune. Semiuocalia sunt quae per tubam aut cornu aut bucinam dantur; tuba quae directa est appellatur; bucina quae in semet  
 25 aereo circulo flectitur; cornu quod ex uris agrestibus,

V. L. 2 formido suppl.  $\delta P$  3 compellat  $\alpha'$

CAP. V. 4 discenda  $\mu\Pi$  dicenda  $A'$  ediscenda (et disc.  $V$ )  
 $\delta P$  5 negligentiae  $\mu\pi'$  negligentiae  $P$  negligentiae  $A$  negligentia  $G$  10 antiquus] antiquitas  $\Pi$  14 [et] semiuocalia  $\Pi$  17 uictoriae (-a corr. in  $\alpha Q$ )  $\lambda$  21 uariari debere  $\Pi$  21 [et] explorantes  $\Pi$  23 cornu] cornua  $\epsilon$   
 24 appellatur bucina. quae  $\Pi$  femet] f. ipsa  $\Pi$  25 flectitur] fl. tuba  $\Pi$

S. L. 3 compellit  $\Pi$

CAP. V. 12 agnosceret] agnosceretur  $\Pi$  15 referuntur] reperuntur  $\Pi$  17 in proelio] in proelia  $A$  19 if] hif  $\alpha\Pi$  19 exercitu] exercito  $M$  20 cottidie  $G\mu$  21 agnoscant  $A_1$  22 impune  $\Pi$  23 tuba] turba  $\Pi_1$

argento nexum, temperatum arte spirituque canentis flatus emittit auditum. Nam indubitatis per haec sonis agnoscit exercitus, utrum stare uel progredi an certe regredi oporteat, utrum longe persequi fugientes an receptui canere. Muta signa sunt aquilae dracones uexilla flammulae tufae 5 pinnae. Quocumque enim haec ferri iusserit ductor, eo necesse est signum suum comitantes milites pergant. Sunt et alia muta signa, quae dux belli in equis aut in indumentis et in ipsis armis, ut dinoscatur hostis, praecipit custodiri. Praeterea manu aliquid uel flagello more barbarico uel certe mota, qua utitur, ueste significat. Quae 10 omnia in sedibus, itineribus, in omni exercitatione castrensi uniuersi milites et sequi et intellegere consuescant. Continuus enim usus necessarius uidetur in pace eius rei, quae in proelii confusione seruanda sit. Item mutum et 15 commune signum est, quotiens proficiscente turba excitatus puluis ad similitudinem nubium surgit hostiumque prodit aduentum; similiter si diuisae sint copiae, per noctem flammis, per diem fumo significant sociis, quod

V. L. 1 nexuum (-xum Q) λ temperatū arte spiritumque canentis flatus em. auditum G temperato arte spiritum quem canentis (-if ex -el corr. P) flatus em. auditum α' P temperato arte spiritumque (q. L quae Q) canentis flatus em. auditum λ temperato arte spiritumque canentis flatus emittit [a] II temperato arte spiritu quem c. flatus emittit auditur δ uulgo temperatum arte spirituque c. flatus (uel flatu) emittit ruditum Oudendorpius  
 3 [an certe] II aut certe δ 5 flammulae λ P tubae μ DP  
 6 eo] et (et Q) ε P 8 multa ε II in indumentis α [in] indumentis λ δ P [i.] in indumentis II 9 [in] II 10 custodire λ P manuali [quid] λ 11 certe mota μ G certa mota A certe nota II certe mutata δ P 12 in omni] et in o. λ 12 exercitatio II 15 quae — seruanda π λ qui — seruanda α' qui — seruandus G 16 excitatus] exercitatus λ π' 18 diuisae sint π diuisae in A diuisa ei in M diuisae λ G

S. L. 4 receptui M 5 uexilla A<sub>1</sub> 7 comitantes] comitantef (committantef M) ε 9 dinoscatur α praecipit] praecipit A 12 castrensi] castrinse A<sub>1</sub> 14 continuus] continuos A μ 14 usuf] ufos M 14 necessarius] necessarios A μ 15 mutum] mutam M 19 sociis] socius II

aliter non potest nuntiari. Aliquanti in castellorum aut urbium turribus adpendunt trabes, quibus aliquando erectis aliquando depositis indicant quae geruntur.

VI. Qui rem militarem studiosius didicerunt, adserunt plura in itineribus quam in ipsa acie pericula solere contingere. Nam in conflictu armati sunt omnes et hostem comminus uident et ad pugnandum animo ueniunt praeparati; in itinere minus armatus minusque adtentus est miles et superuentus impetu uel fraude subsessae repente turbatur. Ideo omni cura omnique diligentia prouidere dux debet, ne proficiscens patiatur incursum uel facile ac sine damno repellat inlatum. Primum itineraria omnium regionum, in quibus bellum geritur, plenissime debet habere perscripta, ita ut locorum interualla non solum passuum numero sed etiam uiarum qualitate perdiscat, compendia deuerticula montes flumina ad fidem descripta consideret, usque eo, ut sollertiores duces itineraria prouinciarum, in quibus necessitas gerebatur, non tantum adnotata sed etiam picta habuisse firmentur, ut non solum consilio mentis uerum aspectu oculorum uiam profecturus eligeret. Ad hoc a prudentioribus et honoratis ac locorum gnaris separatim debet uniuersa perquirere et ueritatem colligere de pluribus, praeterea sub periculo eligen-

V. L. CAP. VI. 9 superuentus impetu uel fraude subsessae  $\delta$  superuentus impetu uel fraude subsessa  $\Pi$  superuentus impetus uel fraudes subsesse  $\alpha'$  superuentu impetus uel fraude subsessae  $G$  superueniente impetu uel fraude [f.]  $\lambda P$  10 Ideo  $\epsilon\delta$  De  $\Pi$  ideoque  $P$  15 qualitates  $\epsilon P$  (in  $Q$  [ *paullulum dilutum uel erasum est, ad quod sine dubio referendum est signum marginale* †) 15 compendia] *syllaba con in loco eraso*  $M$  per compendia  $\lambda$  16 deuerticula  $\Pi V$  diuerticula  $\epsilon DP$  16 descripta  $\mu P$  17 usque adeo  $\delta$  itin.] in itineraria  $\Pi$  20 uerum] u. etiam  $\Pi$  20 profecturus  $\epsilon\delta$  profecturos  $\Pi$  profecturis  $P$  *uulgo* 21 ad hoc  $Q$  22 gnaris  $G\delta P$  gnaris  $\Pi$  ignara  $A\mu$  23 eligendum  $\epsilon\Pi$

S. L. 1 aut] at  $\Pi_1$  2 adpendunt  $\Pi$  trabes] traues  $\mu$   
CAP. VI. 4 asserunt  $\Pi$  6 conflictu] conflictu  $\alpha'$   
7 comminus] communus  $\Pi$  8 attentus  $\Pi$  12 dampno  $A$   
12 inlatum  $\Pi$  14 passuum] passuum  $A_1$  15 compendia  $\Pi$   
15 prouinciarum  $A\mu$  22 debet] bibet  $M$

tium uiarum duces idoneos scientesque praecipere eosque custodiae mancipare addita poenae ostentatione uel praemii. Erunt enim utiles, cum intellegant nec fugiendi sibi copiam superesse et fidei praemium ac perfidiae parata supplicia. Prouidendum quoque, ut sapientes exercitatusque quaerantur, ne duorum aut trium error discrimen pariat uniuersis. Interdum autem imperita rusticitas plura promittit et credit se scire quae nescit. Sed cautelae caput est, ut, ad quae loca uel quibus itineribus sit profecturus exercitus, ignoretur; tutissimum namque in expeditionibus creditur facienda nesciri. Ob hoc ueteres Minotauri signum in legionibus habuerunt, ut, quemadmodum ille in intimo et secretissimo labyrintho abditus perhibetur, ita ducis consilium semper esset occultum. Securum iter agitur quod agendum hostes minime suspicantur. Verum, quia exploratores altrinsecus missi profectionem suspicionibus uel oculis deprehendunt et interdum transfugae proditoresque non desunt, quemadmodum occurri ingruentibus debeat, intimetur. Dux cum agmine exercitus profecturus fidelissimos argutissimosque cum equis probatissimis mittat, qui loca, per quae iter faciendum est, in progressu et a tergo, dextra laeuaque perlustrent, ne aliquas aduersarii moliantur insidias. Tutius autem operantur exploratores noctibus quam diebus.

V. L. 1 praecipere *Stewechius* percipere *O* 2 custodire *II* custodia *P* 2 ostentatione  $\varepsilon$  *II* contestatione *VP* constitutione *D* 3 intelligent *uulgo* ne fugiendi *Au* 8 cautelae caput est  $\mu$  *GII* cautelae caput est *A* utile caput est  $\delta$  *P* 9 ad quae (atque *V*) l.  $\delta$  *P* aequae l.  $\alpha$  ad quae l. *II* ea loca per quae  $\lambda$  per quae loca *uulgo* 10 tutissimum (tutissimum *D*) n. i. expeditionibus *A'x'* tutissimam n. i. expeditionibus *M* tutissima namque expeditio  $\lambda$  *P* 11 nesciri] ab hostibus nesciri  $\lambda$  *P* 13 labyrintho *P* labyrintho  $\varepsilon$  *V* labyrintho *II* labyrintho *DQ*<sub>2</sub> 17 suspicionibus *DP* suspicionibus *V* 18 proditoresque  $\delta$  *P* proditoresque *A* proditores quae *M* proditores qui *G*  $\lambda$  proditores[que] *II* 21 per qua *Au*

S. L. 2 poenae] pene *M* pene *II* 8 promittit] promittet *A* 8 credit] credit *A* 10 profecturus] profecturum *A'* 12 quemadmodum *II* item statim 20 argutissimosque] argutissimos qui *A*, 23 tutius] totius  $\alpha'$  *II*

Nam quodammodo ipse sui proditor inuenitur cuius speculator fuerit ab aduersariis comprehensus. Primi ergo equites iter arripiant, deinde pedites, impedimenta sagmarii calones uehriculaque in medio conlocentur, ita ut  
 5 expedita pars peditum et equitum subsequatur. Nam ambulanti-  
 bus interdum quidem a fronte sed frequentius a tergo superuentus infertur. A lateribus quoque pari armatorum manu impedimenta claudenda sunt; nam insidiatores transuersos frequenter incursant. Illud tamen  
 10 praecipue seruandum est, ut ea pars, ad quam hostis uenturus creditur, obpositis lectissimis equitibus et leui armatura necnon etiam peditibus sagittariis muniatur. Quod si undique circumfunduntur inimici, undique debent praeparata esse subsidia. Ne uero repentinus tumultus am-  
 15 plius noceat, ante commonendi sunt milites, ut parati sint animo, ut arma in manibus habeant. In necessitate subita quae conterrent, prouisa non solent esse formidini. Antiqui diligentissime praecauebant, ne a calonibus interdum uulneratis interdum timentibus et sagmariis clamore

V. L. 3 inde ε sagmarū calonūq; II 5 N. ambul. [int. q.] a fronte [fed] frequenter II 8 insidiatores transuersos frequenter incursant II inf. transuersus fr. expulsa δ; hanc lectionem correctione et additamento marginali ad λ codicum scripturam (impulsant P) reuocauit P inf. in alio loco impulsant transuersos frequenter incursa (-a<sup>nt</sup> G) α inf. in alio loco impulsant transuersos frequenter incursant λ infid. in alio loco impulsant transuersos frequenter incursu (inserendum fuit alii post infid.) Edit. Colon. 1524. 10 hostes uenturos (-o A) α' II 12 muniatur II 13 [circum]funduntur II 16 I. n. f. quae conterrent ε (unde quis subita quaeque legendum censeat) i. n. subita [q.] conterrent δ fortasse rectius; illud quae autem ex marginali nota irrepsisse putari potest 16 Necessitate (L; Ne. necess. Q) subita contereantur (-terratur Q) λ ne necessitate subita conternantur II in necessitatem subita que terrent P<sub>1</sub> ne necessitatem. f. q. terreantur P<sub>2</sub> 17 prouisa. Non (non Q) III

S. L. 1 quodammodo] quodadmodo α' proditor] prode-  
 tur M proditor A<sub>1</sub> 2 comprehensus II 3 impedim. II  
 4 uehricula] uellicula M uellicula A<sub>1</sub> 5 impedim. II  
 11 oppositif M II 18 antiqui] antiq. M 18 diligentissime]  
 diligentissimi A<sub>1</sub> 18 calonibus] colonibus α'

paufactis pugnantes milites turbarentur, ne dispersi longius aut conglobati amplius quam expedit impedirent suis hostibusque prodessent. Et ideo ad exemplum militum etiam impedimenta sub quibusdam signis ordinanda duxerunt. Denique ex ipsis calonibus, quos galiarios uocant, idoneos ac peritos usu legebant, quos non amplius quam ducentis sagmariis puerisque praeficerent. Hisque uexilla dabant, ut scirent, ad quae signa deberent impedimenta colligere. Sed propugnatores ab impedimentis laxamento aliquo diuiduntur, ne constipati laedantur in proelio. Ambulante exercitu, ut locorum uarietas eueniret, ita defensionis ratio uariatur. Nam in campis patentibus equites magis solent impugnare quam pedites; at uero in locis siluestribus uel montuosis siue palustribus pedestres magis formidandae sunt copiae. Illudque uitandum, ne per negligentiam aliis festinantibus aliis tardius incedentibus interrumpatur acies aut certe tenuetur; continuo enim hostes interpellata peruadunt. Praeponendi ergo sunt exercitatissimi campi doctores uicarii uel tribuni, qui alacriores retardent et pigrius incedentes adcelerare compellant. Nam qui multum praecesserint, superuentu facto non tam redire quam effugere cupiunt. Qui uero

V. L. 1 [pugnantef] *Stewechius Schwebelius* dispersi] diuersif  $\Pi$  2 suis *MIII* *V* (cf. *Varro L. L.* 9, 14, 131) suos *A'LDP* 5 galiariof  $\Pi$  galiariaf  $\varepsilon$  galeariof *DP* galeriof *V* (cf. I, 10) 7 ducentif *A* ducenti *M* 7 sagm.] sagittariif  $\Pi Q$  7 praeficerent  $\pi$  praefacerent ([prae *Q*)  $\varepsilon$  8 ad quae *GDL* atque *Q<sub>1</sub>P<sub>1</sub>V* ad quae  $\Pi$  ad quaf  $\alpha'$  8 signa deberent] designarent *V* 10 aliquo] aliqui  $\Pi$  10 in proelio. Amb. *Stewechius* in proelio (-um *V*) amb. *O* 15 formidandi  $\alpha'$  16 [aliif festinantibus]  $\Pi$  16 intercedentibus  $\varepsilon$  17 interrumpentur — tenuentur  $\lambda$  18 interpellata *V* *Oudendorpius post edit. Rom. Bonon.* inter prolata  $\alpha'$  interplorata  $\lambda$  interpolata *GID* uulgo 18 Praeponendi  $\varepsilon$  premonendi  $\Pi$  interponendi  $\delta P$  uulgo

S. L. 1 pabefactif  $\alpha'$  2 impedirent  $\Pi$  4 imped.  $\Pi$  et ita postea 5 calonibus] colonibus *M* 6 idoneos *M* 7 uexilla] uixilla  $\alpha'$  10 proelio  $\Pi$  13 impugnare  $\Pi$  18 peruadunt] peruadum *M* 20 accelerare *GII* 20 compellant  $\mu$

extremi sunt, deserti a suis ui hostium et propria desperatione superantur. Sciendum etiam, quod aduersarii in his locis, quae sibi oportuna intellegunt, subsessas occultius conlocant uel aperto Marte impetum faciunt. Sed ne secreta noceant, ducis praestat industria, quem omnia  
 5 prius conuenit explorare. Deprehensa uero subsessa, si circumueniatur utiliter, plus periculi sustinet, quam parabat inferre. Aperta autem uis si praeparetur in montibus, altiora loca praemissis sunt praesidiis occupanda, ut hostis, cum aduenerit, reperiatur inferior nec audeat ob-  
 10 uiare, cum tam a fronte quam supra caput suum cernat armatos. Quod si angustae sunt uiae, sed tamen tutae, melius est praecidere cum securibus ac dolatoriis milites et cum labore uias aperire, quam in optimo itinere periculum sustinere. Praeterea nosse debemus hostium con-  
 15 suetudinem, utrum nocte an incipiente die an hora reficiendi lassis superuenire consueuerint, et id uitare, quod illos facturos putamus ex more. Iam uero utrum peditibus an equitibus, utrum contatis an sagittariis amplius ualeant, utrum numero hominum an armorum munitione praecel-  
 20 lant, scire nos conuenit et ordinare quod nobis utile, illis docetur aduersum, tractare quoque, per diem an per noctem iter expediat inchoari, quanta locorum interualla sint, ad quae cupimus properare, ne aestate aquae penuria

V. L. 1 ui] uī (~ er.) V Quif Π 2 [in] his locis δ 3 subfessa λ δ P  
 occultos V 4 praestet δ P quem uulgo que Π quae (que  
 Q) μ qua G cui δ P 8 praemissis [ DPG<sub>2</sub> praemissis Aλ praemissi  
 (-misi G) sunt MGII praemissis V 10 tam] eo δ 10 quam]  
 quem δ 10 caput] apud δ 11 armatos] -tum δ  
 12 praecidere O praecedere uulgo μ 12 dolator.] dolabris uulgo  
 13 cum laboribus ε 15 an π aut G ad α' 15 [a. h. r.] λ  
 16 confuerint δ 22 inchoare δ 23 ad quae MQGδP ad quē II  
 ad quē (~ er.) L atque A<sub>1</sub> 23 properare] peruenire δ P

S. L. 1 desperatione] disperatione Aμ 3 occulcius M  
 4 conlocant Gλ conlocat α' collocant Π 9 repperiatur Aμ  
 12 dolaturiis Π 13 apperire μ (a ≡ perire G) 16 lassis]  
 blaffis α' 17 ex more] et more α' 18 ualeant] ualeat ε  
 23 ne aestate] neftate M aquae] a ≡ que A



obsit euntibus, ne hieme difficiles aut inuiaae occurrant paludes maioresque torrentes impedito itinere circumueniatur exercitus, priusquam ad destinata perueniat. Vt nostra commoditas est sapienter ista uitare, ita, si aduersariorum imperitia uel dissimulatio occasionem nobis 5 dederit, non oportet omitti sed explorare sollicite, proditores ac transfugas inuitare; ut, quid hostis moliatur in praesenti uel in futurum, possimus agnoscere paratisque equitibus ac leui armatura ambulantes eosdem uel pabula uictumque quaerentes in prouiso terrore decipere. 10

VII. In transitu fluuiorum grauis molestia negligentibus frequenter emergit. Nam si aqua uiolentior fuerit aut alueus latior, impedimenta pueros et ipsos interdum ignauiores solet mergere bellatores. Ergo explorato uado 15 duae acies equitum electis animalibus ordinantur interuallis competentibus separatae, ut per medium pedites et impedimenta transeant. Nam acies superior aquarum impetum frangit, inferior qui rapti subuersique fuerint colligit atque transponit. At cum altior fluctus nec peditem nec equitem patitur, si per plana decurrat, ductis 20 multifariam spargitur fossis diuisusque facile transitur. Nauigeri uero amnes stilis fixis ac superpositis tabulatis peruii fiunt uel certe tumultuario opere colligatis inanibus cupis additisque trabibus transitum praebent. Expediti

---

V. L. 6 explorare sollicite, proditores & exploratores II explorare soleat uerum  $\delta$  exploratores sollicite proditores P  
8 in futuro  $\pi$  9 eosdem] eosdam  $L_1$  eof clam  $L_2Q$

CAP. VII. 13 latior] altior A 16 inpedim. et pueros  $\lambda$   
16 pedites [et] imped. II peditem et impedimenta  $\delta$  22 stili-  
lis  $\pi$  hastilis  $\alpha$  astilis  $\lambda$  23 colligatis] alligatis  $\lambda$

---

L. S. 1 difficile] difficilis  $\alpha$  2 inpedito  $\lambda$  (impedimento G)  
6 omitti] committi II 7 moliatur] moratur II 8 possi-  
muf] possimus  $\alpha$  10 decipere] deciperent  $\alpha$

CAP. VII. 11 negligentibus A 13 aut] ut A 13 al-  
ueuf] albeuf M aluiuf  $A_1$  13 impedimenta II 14 ignauio-  
res] ignauiore] M 16 competentibus II 17 impedimenta  
MII 19 colligit] collegit  $A_1$  fluctuf] flucti  $A_1$  20 equi-  
tem] equitum M 24 traubuf  $A\mu$

uero equites fasces de cannis aridis uel ulua facere con-  
 sueuerunt, super quos loricas et arma, ne uidentur, inpo-  
 nuntur, ipsi equique natando transeunt colligatosque secum  
 fasces pertrahunt socios. Sed commodius repertum est,  
 5 ut monoxylas, hoc est paulo latiores scafulas, ex singulis  
 trabibus excauatas pro genere ligni et subtilitate leuissima  
 carpentis secum portet exercitus, tabulatis pariter et  
 clauis ferreis praeparatis. Ita absque mora constructus  
 pons, et funibus, qui propterea habendi sunt, uinctus lapi-  
 10 dei arcus soliditatem praestat in tempore. Festinanter  
 aduersarii ad transitus fluminum insidias uel superuentus  
 facere consueuerunt. Ob quam necessitatem in utraque  
 ripa conlocantur armata praesidia, ne alueo interueniente  
 diuisi obprimantur ab hostibus. Cautius tamen est sudes  
 15 ex utraque parte praefigere ac sine detrimento, si qua uis  
 inlata fuerit, sustinere. Quod si pons non tantum ad  
 transitum sed etiam recursum et commeatus necessarius  
 fuerit, tunc in utroque capite percussis latioribus fossis  
 aggereque constructo defensores milites debet accipere,  
 20 a quibus tamdiu teneatur, quamdiu locorum necessitas  
 postulat.

V. L. 1 fasces] fasciculos  $\delta$  consueuerunt  $\mu\delta$  2 ne uidentur  
 A'V ne utentur M ne dentur II<sub>1</sub> ne uidentur D ne uidentur P  
 ne uidentur L reuidentur (sed postremum e in l. er.) Q ne ledentur  
 II<sub>2</sub> 3 ipsi equique A ipsi equique G ipsi aequiquae M  
 ipsi equi qui II ipsi aequitibus qui V ipsi aequitibus D ipsi  
 equites (tel a 2 in l. er.) quos (2 deletum uult) P ipsi equi [q.]  $\lambda$

3 colligatosque  $\pi\lambda$  collegatosq. M collegatisq. A' 4 socios  
 VP Oudendorpius Hillenbrandius (Appul. I, 38) focii  $\epsilon$  IID focii  
 $\lambda$  (L?) 4 comm.] commodi huius II 5 monoxylas MIP  
 monoxylas Q monoxillos LD monoxillas V mox noxylof A'  
 6 leuissimas II 7 pariter clauisque II 9 et fun.] ex funi-  
 bus II 9 habendi sunt] habendis ut his  $\lambda$  10 praestet GL  
 praestat. In M 10 festinanter  $\epsilon$  (sed in L in l. er. a 2) festi-  
 nantur II sed instantes VP sed stantes D 12 consueuerunt  $\delta P$   
 17 etiam ad recursum  $\lambda\delta P$  19 [debet]  $\epsilon$

S. L. 1 ulua] gulua II 2 imponunt II 4 commodius] cum  
 modius] M(Q<sub>1</sub>) 6 traibus  $A\mu$  10 soliditatem] soliditate M  
 13 collocantur II 14 obprimantur II obprimantur A opprime-  
 mantur G<sub>1</sub> opprimantur  $\mu$  16 illata II 18 percussis] percussis  
 A 19 aggere] agere M 20 a quibus tam] a quibusdam A<sub>1</sub>

VIII. Consequens uidetur, itineris obseruatione descripta, ad castrorum, in quibus manendum est, uenire rationem. Non enim belli tempore ad staturam uel mansionem ciuitas murata semper occurrit, et incautum est plenumque discriminis exercitum passim sine aliqua mutatione considerare, cum militibus ad capiendum cibum occupatis, ad munera faciendā dispersis facile nectantur insidiae. Postremo noctis obscuritas, necessitas somni, pascentium equorum dispersio occasionem superuentibus praestat. In metandis castris non sufficit locum bonum legere, nisi talis sit, ut alter eo non possit melior inueniri, ne utilior praetermissus a nobis et ab aduersariis occupatus adportet incommodum. Cauendum quoque, ne per aestatem aut morbosa in proximo aut salubris aqua sit longius, hieme, ne pabulatio desit aut lignum, ne subitis tempestatibus campus, in quo manendum est, soleat inundari, ne sit in abruptis ac deuiis et circumsedentibus aduersariis difficilis praestet egressus, ne ex superioribus locis missa ab hostibus in eum tela perueniant. Quibus caute studioseque prouisis, pro necessitate loci uel quadrata uel rotunda uel trigona uel oblonga castra constitues, nec utilitati praeiudicat forma, tamen pulchriora creduntur quibus ultra latitudinis spatium tertia pars longitudinis additur. Ita autem ab agrimensuris podis-

V. L. CAP. VIII. 3 staturam  $\epsilon PVP$  stadium  $D$ , staturam uulgo

3 [uel] *Oudendorpius* 4 ciuitatis murate  $\Pi$  6 confidere  $Q$  confiderare  $P$  7 occupatis aut ad  $\delta P$  11 legere] elegere  $P_1$  eligere  $DP_2$  11 melior non possit  $\Pi$  12 ab aduerf.  $\lambda \delta P$  ad aduerf.  $\Pi$  [ab] adu.  $\alpha$  (in  $G$  supra lineam prima fortasse manu ab additum est) 13 Cauendumque  $\Pi$  14 morbosa in] morbus  $\delta$  14 aut] sit aut  $\Pi$  15 ne  $\pi$  de ( $De Q$ ) sub.  $\epsilon$ ; ne de? 16 inundare  $\delta$  17 [in] abruptis  $V$  [in] abruptus  $D$  17 deuiis (deuius  $D$ ) et  $\epsilon \delta P$  deuiis ut  $\Pi$  d. ne uulgo 20 uel — uel — uel] siue — siue — siue  $\delta P$  21 constitues  $\delta$  constituent  $\epsilon \Pi P$  constituentur  $A_2$  constituuntur *Giss.* 22 praeiudicat. Forma  $MIII$  23 ultra latitudinis — longitudinis  $\delta$

S. L. CAP. VIII. 13 apponet  $\Pi$  14 aestatem] statem  $M$  17 abruptis] abruptis  $\Pi$  23 longitudinis additur] longitudinis additis additur  $\alpha$  24 agrimensuris] agrimensuris  $\alpha$

mum mensurae colligi oportet, ut ad quantitatem conclu-  
 datur exercitus. Nam propugnatores angusta constipant  
 et ultra quam conuenit latiora diffundunt. Tribus autem  
 modis definiunt castra muniri posse. Primum in unius  
 5 noctis transitum et itineris occupationem leuiorem, cum  
 sublatis caespites ordinantur et aggerem faciunt, supra  
 quem ualli, hoc est sudes uel tribuli lignei, per ordinem  
 digeruntur. Caespes autem circumciditur ferramentis, qui  
 herbarum radicibus continet terram, fit altus semissem,  
 10 latus pedem, longus pedem semis. Quod si terra solutior  
 fuerit, ut ad similitudinem lateris caespes non possit ab-  
 scidi, tunc opere tumultuario fossa percutitur, lata pedes  
 quinque, alta tres, cui intrinsecus agger excrescit, ut sine  
 metu securus requiescat exercitus. Statua autem castra  
 15 aestate uel hieme, hoste uicino, maiore cura ac labore  
 firmantur. Nam singulae centuriae, diuidentibus campi-  
 doctoribus et principiis, accipiunt pedaturas et, scutis uel  
 sarcinis suis in orbem circa propria signa dispositis, cincti  
 gladio fossam aperiunt latam aut nouem aut undecim aut  
 20 tredecim pedibus uel, si maior aduersariorum uis metui-

V. L. 3 tribus a. modis definiunt castra muniri posse  $\delta P$  tres  
 (tris  $M$ ) a. modis (corr. in -of  $M$ ; modis  $\Pi$ ) definiunt (diff.  $\Pi$ )  
 fosse (fossae  $G$ )  $\alpha \Pi$  tres a. modis efficiunt (ef. sic.  $L$ ) fossas  $\lambda$   
 5 transitu  $\Pi Q$ , 5 occupationem leuiorem  $\delta$  occupatione leuiore  
 (-e  $A$ )  $\alpha$  occupatione leuiore  $\Pi \lambda P$  9 semissem latus pedem  
 longus pedem semis  $\alpha$  f. latus [p. l.] ped. semis  $\Pi$  semis pedem  
 latus p. longus p. f.  $\delta P$  semisse p longum pedem semis  $L$  pedem  
 semissem p longum pedem <sup>et</sup> semis  $Q$  12 percutitur  $\alpha \Pi$  per-  
 cuitur  $L$  per circuitur  $Q$  perducitur  $\delta P$  praeducitur *Lipsius Ou-*  
*dendorpius* 13 alta pedes tres  $\delta$  a. p. III  $P$  13 accrescit  $\Pi$   
 16 campiductoribus  $\Pi$  17 scutis et sarc.  $P$  sc. ac f. *uulgo*  
 18 circa propria signa dispositis  $A'VP$  c. p. f. dispositis  $D$  c.  
 signa prioribus positis  $\Pi$  circa propria signatis positis  $M$  circa  
 propria signatis et dispositis  $\lambda$  18 cincti] cuncti  $A'$   
 20 metuetur  $\alpha \Pi$

S. L. 1 colligi] collegi  $\epsilon$  quantitatem] -e  $\Pi$  6 aggerem]  
 aggere  $\Pi$  7 ualli] balli  $\Pi$  tribuli  $\Pi$  8 caespes] caespis  $A$   
 caespis  $M$  caespis  $\lambda$  8 qui] quae  $\alpha$  10 solucior  $M$  11 ad  
 similitudinem] a f.  $M$  11 caespes] caespis  $\mu$  15 maiore  
 cura  $M$  18 orbem] urbem  $\alpha$  19 aperiunt] aperiant  $\Pi$   
 20 uis] uim  $\Pi$

tur, pedibus decem et septem, — imparē enim numerum obseruari moris est —; tunc saepibus ductis uel interpositis stipitibus ramisque arborum, ne terra facile dilabatur, agger erigitur; supra quem ad similitudinem muri et pinnae et propugnacula componuntur. Opus uero centuriones decempedis metiuntur, ne minus foderit aut errauerit alicuius ignauia, et tribuni circumeunt nec ante discedunt qui strenui sunt, quam fuerint uniuersa perfecta. Ne tamen aliquis superuentus laborantibus fiat, omnes equites et pars peditum, quae non operatur, priuilegio dignitatis ante fossam in procinctu armata consistit et ingruentes repellit inimicos. Prima igitur signa locis suis intra castra ponuntur, quia nihil est uenerabilius eorum maiestate militibus, duci praetorium eiusque comitibus praeparatur, tribunis tabernacula conlocantur, quibus per contubernales deputatos ad munera aqua lignum et pabula ministrantur. Tunc pro gradu legionibus et auxiliis, equitibus et peditibus loca, in quibus papiliones tendant, deputantur in castris, ac de singulis centuriis quaterni equites et quaterni pedites excubitem noctibus faciunt. Et quia impossibile uidebatur in speculis uigilantes singulos permanere, ideo in quattuor partes ad

V. L. 1 X et VII L XVII QD XVIII P decem et septem uel nouem *Stewech. Schweb.* 2 obseruare  $\delta$  tum (dum ex tum corr. Q)  $\varepsilon$  P 3 stipitibus *IVLP* stipibus *GD* stipibus *exigua lacuna* que A stipib. q. M 3 dilabatur] corr. in dilabatur II delabatur P 4 agger erigitur A'  $\lambda$   $\delta$  Agger igitur *MII* agger erigitur P 5 opus uero  $\pi$ ' opus  $\alpha$  hoc opus  $\lambda$  op. uero corr. in opus hoc P 6 decempedis V decem pedes  $\varepsilon$  *IIDP* 6 aut errauerit  $\mu\pi$  aut terraberit A' aut eruerit *Lipsius* 7 et] id  $\delta$  P 12 et — repellit  $\pi$  et — repellit  $\alpha$  ut — repellat  $\lambda$  14 duci praetorium eiusque comitibus (cōm. M) p.  $\alpha\pi$  deinde praetorium p.  $\lambda$  ceterum cf. *Hygin. Grom.* 10 15 tribunif  $\alpha$  II hinc tribunif  $\lambda$ . A tribunif D ac tribunif VP 18 equitibus] et equitibus  $\pi$  20 quaterni et equites A' 21 in sp. per totam noctem uigilantes uulgo

S. L. 1 imparē  $\mu$  2 sepibus  $\alpha$  5 componuntur II 6 metiuntur] metiuntur II foderit] foderet (foederet M)  $\varepsilon$  9 aliquis] aliquos  $\alpha$ ' 9 superuentus] superuentos *Aμ* 9 fiat] superfiat II 11 fossam] fossa II in procinctu] in procincto (procincto Q)  $\varepsilon$  in procinctum II 13 uenerabilius III 21 impossibile II

clepsydram sunt diuisae uigiliae, ut non amplius quam tribus horis nocturnis necesse sit uigilare. A tubicine omnes uigiliae committuntur et finitis horis a cornicine reuocantur. Idoneos tamen tribuni et probatissimos eligunt, qui circumeant uigilias, et renuntient, si qua emer-  
 5 serit culpa, quos circumitores appellabant; nunc militiae factus est gradus et circitores uocantur. Sciendum tamen est equites extra uallum nocturnas excubias facere de-  
 bere. Per diem autem castris positis, alii mane alii post  
 10 meridiem propter fatigationem hominum equorumque agrarias faciunt. Inter praecipua conuenit ducem prouid-  
 dere, siue in castris siue in ciuitate consistat, ut anima-  
 lium pasqua, subiectio frumenti ceterarumque specierum.  
 aquatio lignatio pabulatio secuta ab hostium reddatur in-  
 15 cursu. Quod aliter non potest euenire, nisi per loca idonea, qua nostrorum ambulat commeatus, praesidia disponantur, siue illae ciuitates sint siue castella murata. Quod si non reperitur antiqua munitio, oportunis locis circumdata maioribus fossis tumultuaria castella firman-  
 20 tur. Nam a castris diminutiuo uocabulo sunt nuncupata castella. Intra quae in agrariis aliquanti pedites equitesque degentes tutum iter commeantibus praestant. Difficile enim hostis ad ea loca audeat accedere, in quibus a fronte et a tergo nouit aduersarios commorari.

V. L. 1 clepsydram  $\alpha$ L clepsydrā (r fortasse a 1) Q clepsidra  $\Pi$  clepsidrā P clepsedrā uel depedrā V cleps foramen membranae drā D 2 [A] tubicines omnes uigilię cōmittantur LP tubicines o. uigilię cōmittentur Q 4 tribuni  $\epsilon$ VP tribunif corr. in tribunof  $\Pi$  tribunof D 6 circumituros V; falso Büchelerum apud Petronium (53, 10) circumitore, codicis lectionem, in circitore correxisse nostro ex loco apparet 6 Nunc.] Item  $\Pi$  7 et] quof  $\Pi$  7 circitores] certiores  $\delta$  7 Sciendum tamen quod milites extra ballum n. exc. facere debere  $\Pi$  8 excub.] uigiliaf  $\delta$ P 11] agrariaf] angariaf (-of Q)  $\epsilon$  12 confitit Q in Par. 6503 a non satis genuinum est 17 sunt  $\epsilon$ P 19 firmentur  $\Pi$  cal]tella f.—nuncupata cal]tella V 21 [quae] V 21 in agrariif] in agraiif A in angariif A<sub>2</sub> 23 audet  $\pi$

S. L. 5 circueant M si qua emerferit] si que (que G) merferit  $\alpha$  9 post meridie M 18 repperit  $\alpha$ 'G<sub>2</sub> 20 noncupata M 22 tutum] totum A' 23 accedere  $\mu$  $\Pi$

VIII. Quisquis hos artis bellicae commentarios ex probatissimis auctoribus breuiatos legere dignabitur, quam primum rationem proelii depugnandique cupit audire praecepta. Sed conflictus publicus duarum aut trium horarum certamine definitur, post quem partis eius, quae superata fuerit, spes omnes intercidunt. Ideo omnia ante cogitanda sunt, ante temptanda, ante facienda sunt, quam ad ultimum ueniatur abruptum. Boni enim duces non aperto proelio, in quo est commune periculum, sed ex occulto semper adtemptant, ut integris suis, quantum possunt, hostes interimant uel certe terreant, in qua parte quae necessaria admodum sunt ab antiquis reperta perscribam. Praecipua ars et utilitas ducis est, ut adhibitis ex uniuerso exercitu scientibus belli et sapientibus uiris de suis et hostium copiis saepius tractet, omni, quae plurimum nocet, adulatione summtota, utrum maiorem numerum pugnantium ipse an hostes habeant, utrum ipsius an aduersariorum homines magis armati sint et muniti, qui magis exercitati, qui sint in necessitatibus fortiores. Quaerendum etiam, utra pars equites, utra pedites habeat meliores, sciendumque in peditibus uel maxime consistere robur exercitus; et inter ipsos equites, qui contatis, qui

V. L. CAP. VIII. 2 dignabitur] conatur  $\Pi$  5 definitur  $\alpha L \delta P$  definitur  $Q$  finitur  $\Pi$  5 postquam  $\lambda$  uulgo 6 fuerat  $\Pi$  6 spes omnes (omnes  $GP$ ) intercidunt (intercedunt  $\alpha'$  interced. corr. in intercid.  $Q$ )  $\varepsilon P$  spes omnes (omnis  $\delta$ ) intercidit  $\pi'$  sed in  $D$  intercidit ita exaratum est, ut illud exemplum, quo librarius est usus, intercidunt praebuisse uideatur. 8 cogitanda [sunt]  $\Pi$  9 aperto Marte proelium  $\delta P$  9 [ex] occulto  $\Pi$  10 integris suis]  $A' \delta P$  in tergite suis  $\mu$  imparatos  $\Pi$  10 quantum  $\varepsilon$  quanto  $D$  quantum  $\Pi' P$  11 interim.] interficiant  $\Pi$  11 uel certe Lang certe uel  $O$  12 quae  $\pi \lambda$  qua  $\alpha'$  qua  $G$  perfer.] describam  $\delta P$  19 quaerend.] q. est  $\delta$  20 equites utra pars pedites  $\lambda$  21 [uel] maxime  $\lambda$  22 qui  $O$  quis uulgo qui  $\pi G \lambda$  q; (q.  $M$ )  $\alpha'$  quis uulgo

S. L. CAP. VIII. 3 proelii  $\Pi$  4 conflictus publicus] conflictus publicos  $\alpha'$  5 partis] patris  $A_1$  8 abruptum] abruptum  $\Pi$  9 proelio  $\Pi$  10 adtemptant  $\Pi$  17 hostes] hostis  $\Pi$  19 exercitati qui] exercitatuq;  $A$  exercitatuq;  $M$  22 robore  $A'$

sagittariis antecedit, quis plures loricas induat, quis utiliores equos adduxerit; postremo loca ipsa, in quibus pugnandum est, utrum inimicis an nobis uideantur adcommo-  
 da; — nam si equitatu gaudemus, campos debemus optare,  
 5 si pedite, loca eligere angusta, fossis paludibus uel arboribus inpedita, et aliquotiens montuosa —; cui magis uictus abundet aut desit; nam fames, ut dicitur, intrinsecus pugnat et uincit saepius sine ferro. Vel maxime autem tractandum est, utrum expediat necessitatem protrahi an  
 10 celerius dimicari; interdum enim sperat aduersarius expeditionem cito posse finiri et, si dilatus fuerit in longum, aut penuria maceratur aut desiderio suorum reuocatur ad propria aut nihil magnum faciens per desperationem abire compellitur. Tum fracti labore et taedio plurimi deserunt,  
 15 aliquanti produnt, aliquanti se tradunt, quia aduersis rebus rarior fides est et nudari incipit qui copiosus aduenerat. Ad rem pertinet, qualis ipse aduersarius uel eius comites optimatesque sint, nosse, utrum temerarii an cauti, audaces an timidi, scientes artem bellicam uel ex  
 20 usu an temere pugnantes; quae gentes cum his fortes,

V. L. 1 induat] habeat  $\Pi$  inducat  $V$  2 loca [ipsa]  $\Pi$   
 5 pedite  $\lambda\delta P$  pediti  $\alpha$  peditū  $\Pi$  5 eligere deuemuf a.  $\Pi$   
 7 aut  $\alpha'\Pi$  au'  $\lambda G$  an desit  $\delta P$  7 utrinsecuf *Scruierius*  
 8 sine f.] quam ferrum extrinsecuf  $\lambda$  8 [uel] maxime  $\lambda$   
 11 dilatus  $\Pi V P$  delatus  $\alpha$  delata  $\lambda$  ptelatus  $D$  15 aduersif  $\alpha\Pi$   
 aduersariif  $\delta P$  aduersariuf  $\lambda$  16 et] ut  $\varepsilon$  17 pertinet] p.  
 noffe  $\Pi$  18 [optimates] qui sint  $\delta P$  18 [noffe]  $\Pi$  18 an  
 cauti] aut (aut  $Q$ )  $\mu P$  19 uel ex usu an temere p.  $\pi$  uel ex ufta-  
 temere p. (-tim.  $A$ ; in  $G$  corr. in *uulgatam* uel ex usu temere p.)  $\alpha$   
 uel non ex usu [a. t. p.]  $\lambda$  an non ex usu an t. p. *Stewechius* an  
 non uel ex usu an tem. p. *Oudendorpius* 20 quae (q.  $M$ ) gen-  
 tes cum h. fortes quae ign. sint  $\alpha'\pi'$  fortes gentes an ignauae  
 (-e  $Q$ ) sint  $\lambda$  quae g. cum his f. quaeue i. f.  $G$  q. g. c. h. f. quaeue  
 ignaue [f.]  $P$  q. g. c. his, fortes an ignauae *Oudendorpius*

S. L. 1 antecedit] at  $A$  3 adcommoda] accommoda  $\Pi$   
 4 equitatu] equitatu  $\alpha'$  equitatu  $\Pi$  6 impedita  $MII$  7 habundet  $A'\lambda$  7 fame] famif  $\alpha'$  13 disperationem  $\varepsilon$  habire  
 $A$  14 compellitur  $\Pi$  fracti  $A$  17 qualif] quales  $A_1$   
 17 aduersariuf] -of  $\alpha'$  19 artem] artef artem  $\alpha'$



quae ignauae sint; nostra auxilia cuius fidei quarumque sint uirium; quos animos illius copiae, quos habeat noster exercitus; quae pars sibi magis uictoriam repromittat. Eiusmodi enim cogitationibus uirtus augetur aut frangitur. Desperantibus autem crescit audacia adhortatione ducis <sup>5</sup> et, si nihil ipse timere uideatur, crescit animus, si ex insidiis uel occasione aliquid fortiter feceris, si hostibus aduersae res coeperint euenire, si uel infirmiores aut minus armatos ex inimicis potueris superare. Cauendum enim est, ne dubitantem formidantemque exercitum ad <sup>10</sup> pugnam publicam aliquando producas. Interest, utrum tirones an ueteres milites habeas, et utrum ante breue tempus in expeditionibus fuerint an annis aliquot in pace durarint. Nam pro tironibus accipiendi sunt qui pugnare longo tempore desierunt. Sed cum legiones auxilia uel <sup>15</sup> equites ex diuersis aduenerint locis, dux optimus et separatim singulos numeros per tribunos electos, quorum scitur industria, ad omnia genera exercere debet armorum et post in unum collectos quasi depugnaturus conflictu publico exercebit ipse saepius temptabitque, quid <sup>20</sup>

V. L. 2 habeat n. e.  $G\pi$  debeat n. (ñt  $A_1$ ) e. a' debeat n. ex. sperare  $\lambda$  7 fecerit—(9)potuerit—(11)producat—(12)habeat  $\Pi$  7 [fi] hostibus  $\lambda$  10 ad publicam pugnam  $\pi$  11 [utrum]  $\lambda$  12 et] fed  $\varepsilon$  13 an annis aliquot (-od  $V$ ) i. p. durarint (durauerint  $\Pi$ )  $\Pi V$  an annis aliquot i. p. durarent  $\alpha$  a. p. annis (annis  $Q$ ) aliquot i. p. durarent  $\lambda$  a. annos aliquot i. p. durarint (-ent  $G$ )  $GP$  an durarint in pace aliquot annis  $D$  16 optimus (obt.  $Q$ )  $O$  optimus *Scruerius Schwebelius* 17 electus  $\varepsilon P$  electus  $\Pi$  uel electus  $\delta$  18 omni genere  $\delta P$  19 depugnaturus  $P$  fortasse recipiendum 20 exercebit ipse saepius temptabitque sine interpunctione *Lang* exercebit (-at  $M$ ). Ipse etc.  $O$  exercebit ipse. Saepius etc. *Scruerius Schwebelius* 20 temptabitque quid  $V$  temptauit quequid  $A$  temptauit quae quid  $M$  temptabit quequid  $Q$  temptabitquae quid  $L$  t. quiquid  $G$  t. quiquid  $DP$  t. quid *uulgo*

S. L. 2 uirium] uirtus  $\Pi$  3 pars sibi] pars ibi  $\alpha$  5 audacia  $\mu$  5 adhortatione  $\mu$  6 animis  $\Pi$  7 occasione] occasione  $M$  8 coeperint] ceperint  $\Pi$  11 publicam  $\Pi$  12 breue] breue  $\Pi$  16 aduenerint] aduenerit  $M$

artis possint habere, quid uirium, quemadmodum sibi ipsi consentiant, utrum ad tubarum monita, ad signorum indicia, ad praecepta uel nutum suum diligenter obtemperent. Si errant in aliquibus, exercentur atque doceantur, quamdiu possint esse perfecti. Si uero in campi cursione, in sagittando, in iaculando, in ordinanda acie ad plenum fuerint eruditi, ne sic quidem temere sed occasione capta ad publicam ducendi sunt pugnam; sed ante minoribus proeliis imbuendi. Dux itaque uigilans sobrius prudens, tamquam de ciuili causa inter partes iudicaturus, adhibito consilio de suis et aduersarii copiis iudicet. Et si multis rebus superior inuenitur, oportunum sibi non differat inire conflictum. Si uero aduersarium intellegit fortiorem, certamen publicum uitet; nam pauciores numero et inferiores uiribus superuentus et insidias facientes sub bonis ducibus reportauerunt saepe uictoriam.

X. Omnes artes omniaque opera cotidiano usu et iugi exercitatione proficiunt. Quod si in paruis uerum est, quanto magis decet in maximis custodiri. Quis autem dubitet artem bellicam rebus omnibus esse potiore, per quam libertas retinetur et dignitas, propagantur prouin-

V. L. 1 possit  $\lambda$  uirium  $\mu\delta P$  uirū  $\Pi$  uerum  $G$  uerā  $A$  6 in ordinanda acie  $\varepsilon\delta$  in ordinando aciē  $\Pi$  in ordinando (*corr. in -a*) acie  $P$  7 ne sic quidem  $\pi$  nec sit quidem  $A'$  (*in G ad lectionem codicum  $\mu$  rasura reuocatum*) nec sic quidem  $\mu$  8 ducendi  $\varepsilon P$  deducendi  $\delta$  iacendi  $\Pi$  8 sint  $\Pi$  8 sed] et? 9 Dux itaque u. f. pr.  $\varepsilon\Pi$  dux prudens erit uig. atque sobrius  $V$  dux erit uigilans atque sobr. prudens  $D$  Dux itaque uig. atque sobr. et pr.  $P$  13 fortiorem] potiore  $\varepsilon P$  16 reportauerant (-ant  $Q$ )  $\varepsilon$

CAP. X. 20 dubitat  $P$  21 reteneatur  $M$  21 et d.] indignitas  $\delta$  21 propagantur prouinciae conseruatur i.  $\Pi$  propagatur prouinciae conseruantur i.  $\alpha'$  propagatur prouinciae (-tię  $Q$ ) conseruantur et imp.  $\lambda$  propagatur. prouintię conseruantur. imperium (2 *supra l. post i. addidit* roboratur)  $G$  propugnatur prouinciae conseruatur imperium  $\delta$  propagatur propugnatur pr. conseruatur i.  $P$

S. L. 1 quemadmodum  $\Pi$  7 temere sed] temere sed  $\alpha'$  7 capta] capita  $A\mu$  8 imbuendi  $\Pi$  10 adhibito  $\Pi$  13 intellegit] intellegi  $\Pi_1$  intellegit  $\varepsilon$  14 potiores  $\alpha$  15 superuentus] superuentos  $A'$

CAP. X. 21 retinetur  $A_1$

ciae, conseruatur imperium? Hanc quondam relictis doctrinis omnibus Lacedaemonii et postea consulere Romani; hanc solam hodieque barbari putant esse seruandam; cetera aut in hac arte consistere omnia aut per hanc adsequi se posse confidunt; haec dimicatoris est necessaria, 5 per quam uitam retineant et uictoriam consequantur. Dux ergo, cui tantae potestatis insignia tribuuntur, cuius fidei atque uirtuti possessorum fortunae, tutela urbium, salus militum, reipublicae creditur gloria, non tantum pro uniuerso exercitu sed etiam pro singulis contubernalibus 10 debet esse sollicitus. Si quid enim illis eueniat in bello, et ipsius culpa et publica uidetur iniuria. Ergo si tyronem uel diu armis desuetum exercitum ducit, singularum legionum siue auxiliorum necnon etiam uexillationum uires animos consuetudinem diligenter exploret. Sciat 15 etiam, si potest fieri, nominatim, quis comes, quis tribunus, quis domesticus, quis contubernalis quantum possit in bello; auctoritatem seueritatemque maximam sumat, omnes culpas militares legibus uindictet, nulli errantium credatur ignoscere, in diuersis locis, in diuersis occasionibus omnium 20

V. L. 1 [doctr.] λ 2 consuluere] coluere π 4 cetera omnia a. i. h. a. c. aut π 5 dimicatoris π dimicatoris α' dimicatoribus Gλ 8 fidei atque Π<sub>2</sub> in l. er. fort. tutela Lπ (sed -tute tutelae Π<sub>2</sub> in l. er.) f. tutelę (tutile α') αQ 9 salus militū salus reipublice (sed f. r. in l. er.) Π 9 creditur] treditur A traditur G 9 non ref tantū p uniuerso (sed tant. p uni in l. er.) Π 10 pro singulis Π in l. er. 11 debet exercitus esse sollicitus (sed esse sollicitus in l. er.) Π 12 culpa et publica uideatur s c. e. p. uideatur (-atur V) δP culpa publica culpatur Π 12 tyronem nel diu α tyr. uel de Π t. aut diu δP tyrannus diu λ 14 [siue — etiam] λ 14 uexillationes λ 16 possit; in bello a. Oudendorpius 18 [seueritatem]que δ 19 credat δP 20 [locis i. d.] Π

S. L. 1 doctrinis] doctrinis M 4 hac] ac Π 4 assequi Π 6 reteneant α 8 possessorum] -em Π<sub>1</sub> 10 contubernalibus M 12 publica Π 14 legionum] regionum Π 14 uexillationum A' 18 auctoritatem] auctoritate Π 18 seueritatemque maximam] seueritatemque maximam A seueritatem quae maxima M

experimenta *praecipiat*. His, ut oportet, curatis, cum dispersi ad praedandum securi oberrant hostes, tunc probatos equites siue pedites cum tironibus aut inferioribus mittat, ut ex occasione fuis inimicis et illis peritia et reliquis crescat audacia. Ad transitus fluuiorum, ad praecipitia montium, ad siluarum angustias, ad paludum aut uiarum difficultates superuentus nullo sciente disponat atque ita iter suum temperet, ut cibum capientes aut dormientes aut uacantes certe, securos inermes discalciatos, destratis equis, nihil suspicantes ipse paratus inuadat, quatenus in huiusmodi certaminibus sui fiduciam colligant. Nam qui ante longum tempus aut omnino numquam uiderunt homines uulnerari uel occidi, cum primum aspexerint, perhorrescunt et pauore confusi de fuga magis quam de conflictu incipiunt cogitare. Praeterea si excurrant aduersarii, longo itinere fatigatos adgrediatur et ultimos uel certe insperatos superueniat. Eos etiam, qui longe a suis aut pabuli aut praedae gratia commorantur, subito occupet cum dilectis. Illa enim ante temptanda sunt, quae si male cesserint, minus noceant, si bene, pluri-

V. L. 1 praecipiat *uulg.* percipiat (-et *G*) *O* cf. III, 26 c. antea. exper. n. c. 2 securi  $\varepsilon\Pi$  securibus *V* securioribus *D* securiores *P* 3 aut] et  $\lambda$  *uulgo* 7 difficultate] f. *GP* difficultate] f.  $\alpha'$  difficultatem] f.  $\lambda\pi'$  7 n. sc.] nonnullos scienter  $\lambda$  9 uagantes *Stewechius* 9 discalciatos  $\Pi P_2$  difficultos (-cios *G*)  $\varepsilon\delta P$  10 destratis *Stewechius* *Oudendorpius* distratis *V* instratis  $\Pi$  distractis  $\varepsilon DP$  10 equis] equidē  $\Pi$  10 paratos  $\pi$  paratos  $\alpha$  inparatos  $\lambda$  11 quatinus  $\delta$  11 [in] *P* 13 aspexerint  $\mu G\delta P$  aspexerint *in l. er.*  $\Pi$  aspexerunt *A* 14 perh.] orrescunt *L*  $\equiv$  orrescunt *Q* (*erasa litt. non fuit p*) 14 fusi de fuga *a* 2 *in l. er.*  $\Pi$  15 incipiunt] cipiunt *i. l. er.*  $\Pi$  16 aggred. et ul. *a* 2 *i. l. er.*  $\Pi$  16 ultimus  $\delta$  17 [uel] aut  $\delta P$  17 insperatos  $\varepsilon P$  insperato  $\delta$  inparatos  $\Pi$  17 superu.] inueniat  $\Pi$  18 praedae] potius *Stewechius* 19 delectis *a* 2 *in l. er.*  $\Pi$  delectis  $\delta P$

S. L. 2 praedandum] p̄hendandum *A*<sub>1</sub> 2 probatos] probatis *A* 7 superuentos  $\alpha$  9 inermes *A* 11 fiduciam  $\mu$  14 perhorrescunt  $\alpha'$  perhorrescant  $\Pi$  15 conflictu] conflictu *A*<sub>1</sub> 16 adgrediatur  $\Pi$  17 a suis aut pabuli] a suis aut pabulis  $\Pi$

mum prosint. Inter hostes discordiarum serere causas sapientis est ducis. Nulla enim quamuis minima natio potest ab aduersariis perdeleri, nisi propriis simultatibus se ipsa consumpserit. Nam ciuile odium ad inimicorum perniciem praeceptum est, ad utilitatem suae defensionis incautum. Unum illud est in hoc opere praedicendum, ut nemo desperet fieri posse quae facta sunt. Dicat aliquis, Multi anni sunt, quibus nullus fossa aggere ualloeque mansurum circumdat exercitum. Respondebitur, Si fuisset ista cautela, nihil nocturni aut diurni superuentus hostium nocere potuissent. Persae imitantes Romanos ductis fossis castra constituunt, et, quia harenosa sunt prope omnia, saccos, quos inanes portauerant, ex puluerulenta, quae effoditur, terra complent eorumque cumulo aggerem faciunt. Omnes barbari carris suis in orbem conexas ad similitudinem castrorum securas a superuentibus exigunt noctes. Veremur, ne discere nequeamus quae a nobis alii didicerunt? Haec ex usu librisque antea seruabantur, sed omissa diu nemo quaesiuit, quia uigentibus pacis officiis procul aberat necessitas belli. Sed ne impossibile uideatur reparari disciplinam cuius usus intercidit, docemur exemplis. Apud ueteres ars militaris in obliuionem saepius uenit, sed prius a libris repetita est, postea du-

V. L. 1 serere  $\lambda\delta P$  serere  $\alpha'$  scire  $G$  differere  $\Pi$  4 ipsa  $\Pi$   
 8 fossa aggere ualloeque  $\alpha\Pi P$  fossa aggere uel uallo  $\lambda$  fossa  
 agit ualloeque  $\delta$  fossa uel aggere ualloeque uulgo 12 arenosa  
 $QGP$  13 portauerant  $\alpha\Pi$  portauerunt (-exp.  $D$ )  $\delta P$  portant  $\lambda$   
 13 quae] quaeque  $D$  17 securas a superuentibus  $\varepsilon$  securi a puen-  
 tibus  $\Pi$  securas a superuenientibus  $\delta P$  17 noctes lacuna ne di-  
 scere quereremus  $\Pi$  18 Haec ex usu librisque  $P$  h. e. u. libris-  
 que  $A'$  h. e. u. l. quae  $M$  h. usu librisque  $\delta$  h. ex libris que  $\Pi$  h.  
 ex libris discenda (dic.  $L$ ) quae  $\lambda$  uulgo 19 uigentibus  $\alpha'$   $\Pi$   
 19 officiis pacis  $\Pi P$  21 reparari] rep. posse  $\Pi$  21 docemur  $\varepsilon$   
 doceamur  $\Pi P$  doceamur  $\delta$  23 [uenit]  $\Pi$  23 ducum] au  $\Pi$

S. L. 3 perdeleri] -e  $\mu$  4 ipsa] ipse  $\alpha$  5 defensionis]  
 defensionis  $\Pi$  9 exercitum] exercitu  $\Pi$  14 complent  $\lambda$   
 14 aggerem] aggere  $\Pi$  15 carris] caris  $\varepsilon$  15 orbem] ur-  
 bem  $\alpha$  20 procul haberat  $A$  procurauerat  $\Pi$  20 impossi-  
 bile  $\Pi$  21 usus] usu  $\alpha'$  21 intercidit] intercedit  $\alpha'$  inter  
 lacuna decedit  $\Pi$

cum auctoritate firmata. Scipio Africanus sub aliis imperatoribus Hispanienses exercitus frequenter uictos accepit; hos, disciplinae regula custodita, omni opere fossisque faciendis ita diligenter exercuit, ut diceret fodientes luto  
 5 inquinari debere qui madere hostium sanguine noluis-  
 sent. Cum ipsis denique Numantinos capta ciuitate sic concremauit, ut nullus euaderet. Metellus in Africa Al-  
 bino imperante subiugatum accepit exercitum, quem ita emendauit ueteribus institutis, ut postea eos, a quibus sub  
 10 iugum missi fuerant, superarent. Cimbri Caepionis et  
 Mallii legiones intra Gallias debellarunt; quarum reli-  
 quias cum Gaius Marius suscepisset, ita erudiuit scientia  
 et arte pugnandi, ut innumerabilem multitudinem non  
 solum Cimbrorum sed etiam Teutonum et Ambronum  
 15 publico Marte deleret. Facilius autem est ad uirtutem  
 nouos inbuere quam reuocare perterritos.

XI. Praemissis leuioribus artibus belli, ad publici  
 conflictus incertum et ad fatalem diem nationibus ac pop-  
 20 ulis ratio disciplinae militaris inuitat. Nam in euentu  
 aperti Martis uictoriae plenitudo consistit. Hoc ergo tem-

V. L. 2 hispaniensis  $\varepsilon P$  5 uoluissent  $\Pi$  6 ipsi] ipsos  $\lambda$  ipsi  
 corr. in ipsos  $\Pi$  10 Cimbri coepionis (-es  $D$ )  $\delta$  Cimbri sce-  
 pionis  $P$  Cimbri (cymbri  $M$ ) scipionis  $III$  cymbriis scipionis  $Q$   
 cymbriis scipionis  $L$  cymbri spicionis  $A'M_2$  11 mallii  $\mu \Pi$  mal-  
 lei  $A'$  manlii  $\delta$  manilii  $P$  11 inter  $\mu$  11 debellarunt *Kort-*  
*tianus* 2 *Par.* 6503 (in quo el in l. er.) delebarunt  $\alpha'$  deleuerunt  $\pi$   
 deluuerunt  $G$  deleti (-e 2) sunt  $Q$  deleu  $\equiv \equiv \equiv \equiv L$  14 ambro-  
 num  $\varepsilon$  umbonū  $\Pi$  umbrorū  $\delta P$  16 inbuere  $\varepsilon$  instruere  $\delta P$  ex-  
 hibere  $\Pi$

CAP. XI. 17 praem.] omiffis  $\Pi$  19 Nam] cū  $\Pi$   
 20 uictoriae] atque lacuna uict.  $\Pi$  20 hoc ergo tempus est  $\pi$   
 h. e. t. [e.]  $\alpha$  hoc ergo tempore  $\lambda$

S. L. 1 auctoritate] auctoritatem  $M$  2 accepit] accipit  $\Pi$   
 3 disciplinae regula] discipline regule (-e  $G$ )  $A'$  5 qui  
 madere] quē adere  $\alpha'$  7 concremauit] concremabit  $\alpha'$   
 7 affrica  $M$  8 inperantes subiugatum  $A'$  9 emendauit]  
 emendabit  $A'$  10 superarent] superare  $\Pi$  12 erudiuit]  
 audiuit  $\Pi$  13 innumerabilem  $M_1$  16 nouos] nobos  $A_1$   
 (bonos  $A_2$ )

CAP. XI. 19 euentu] euentum  $M$  20 martis] marti  
 martis  $\alpha$

pus est, quo tanto magis duces debent esse solliciti, quanto maior speratur diligentibus gloria et maius periculum comitatur ignavos, in quo momento peritiae usus, pugnandi doctrina consiliumque dominatur. Veteribus saeculis mos fuit parco cibo curatos milites ad certamen 5 educere, ut audaciores sumptus escae redderet et longiore conflictu non fatigarentur inedia. Praeterea observandum est praesentibus hostibus, siue ex castris siue ex ciuitate producas ad proelium, ne, dum per angusta portarum particulatim procedit exercitus, a collectis et paratis debilitetur inimicis. Ideoque prouidendum est, ut ante omnes milites egrediantur portas et aciem construant, quam hostis adueniat. Quod si intra ciuitatem manentibus paratus aduenerit, aut differatur egressus aut certe dissimuletur, ut, cum aduersarii insultare coeperint his, 15 quos non putant exituros, cum ad praedam aut redeundum conuerterint animum, cum ordines soluerint, tunc illis stupentibus lectissimi quique prorumpant et conferti adgrediantur ignaros. Obseruatur autem, ne longo spatio fatigatum militem neue lassos post cursum equos ad publicum proelium cogas; multum uirium labore itineris pu-

V. L. 1 quo tanto  $A\mu P$  quā quo  $\Pi$  quanto  $G\delta$  1 [quanto]  $\Pi$   
 2 maius] magis  $\mu\delta P$  3 comitatur] confurgat in  $\Pi$   
 4 [saeculif]  $P$  6 sumptusa escae  $Q$  sumptus escae (sed e prius  
 a 2, e posterius cum sequentibus duobus litteris re a 2 in l. er.)  $L$   
 sumpta esca  $\pi$  sumptu escae  $A$  sumptu aescē  $M$  sumptu  $\equiv$  aescē  $G$   
 uide ne scribendum sit sumptu escae redderentur  $\Pi$  13 quam]  
 antequam  $\lambda$  [si]  $\alpha'$  14 paratus  $\mu\pi G$  paratis (a 2 f eras.)  $A$   
 imparatisque *Korttianus* 2 *Stewecheius* 15 insultare]  $\Pi P \lambda$  in-  
 fulari  $\alpha'$  infula se  $G$  exultare  $\delta$  16 aut ad redeundum  $\pi'$   
 17 cum ord.] et o.  $\lambda$  18 lectissimi] doctissimi  $\Pi$  20 neue  
 lassos  $\delta$  ne uel lassos  $\varepsilon P$  neue lassos  $\Pi$

S. L. 2 speratur] sperator  $A_1$  3 ignauos] ignab;  $A$  ignab.  
 $M$  (ignauibus  $\lambda$ ) 3 periciae  $\mu$  5 ciuo  $\Pi$  6 educere]  
 educeret  $\Pi$  6 audaciores] aut acioref  $\Pi$  7 inaedia (inē-  
 dia  $A$  inēdiae  $Q$ )  $\varepsilon$  10 debilitetur  $\Pi$  13 hostif] hostes  $\alpha'$   
 13 intra] intro  $\Pi$  14 differatur] differat  $A$  15 coepe-  
 rint] ceperint  $\Pi$  16 exituros] exigituros  $\Pi$  18 lectissi-  
 mis]  $A$  19 adgrediantur] adgreditur  $M$  aggrediantur  $\Pi$   
 21 pugnaturus] -of  $A_1$

gnaturus amittit. Quid faciet, qui ad aciem marcidus aduentat? Hos et ueteres declinarunt et superiore uel nostra aetate, cum Romani duces per inperitiam non cauissent, ne quid amplius dicam, exercitus didicerunt.

5 Inpar enim condicio est, lassum cum requieto, sudantem cum alacri, currentem cum eo, qui steterit, subire conflictum. XII. Ipsa die, qua certaturi sunt milites, quid sentiant, diligenter explora. Nam fiducia uel formido ex uultu uerbis incessu motibus cernitur. Ne confidas satis,

10 si tiro proelium cupit; inexpertis enim dulcis est pugna. Et noueris te oportere differre, si exercitati bellatores metuunt dimicare. Monitis tamen adhortatione et ducis exercitui uirtus ad crescit et animus, praecipue si futuri certaminis talem acceperint rationem, quasi † se facile ad

15 uictoriam peruenturi. Tunc inimicorum ignauia uel error ostendendus est, uel, si ante a nobis superati sunt, commemorandum. Dicenda etiam quibus militum mentes in odium aduersariorum ira et indignatione moueantur. Ani-

V. L. 1 marcidus *Giss.* marie eius *A* marie eius *MG* anhelus  $\pi$  incautus  $\lambda$  2 hof  $\alpha$  hof euentus  $\lambda$  haec  $\pi$  hoc uulgo  
 2 superiores *II* 4 exercitus  $\mu\pi$  ipsi ex.  $\lambda$  exercitii *G* 4 didicerunt  $\epsilon$  perdiderunt  $\pi$  perdere didicerunt *Oudendorpius*.  
 6 cum] curfuque *II* CAP. XII. 8 explora] conuenit explorare  $\delta$   
 9 motibusq.  $\lambda$  9 nec *MLII* 10 inexperto  $\delta P$  11 excitati  $P_1$   
 12 adortatione  $\lambda$  adhortatione  $A'II$  hortatione  $\delta P$  adorationem *M* oratione uulgo 14 talis  $A'$  14 quasi se facile — peruenturi  $\mu G$  *Paris*. 6503 quasi (si in *l. er.*) exigua lacuna facile — peruenturi  $\equiv$  († supra lineam a 2 additum et erasum, item a 2 i in *l. er. renouatum*) *A* qua (quã *II*) sperent (sperant *II*) se [facile] — peruenturos  $\pi$ ; quae lectio quin interpolata sit, dubium non est. quasi sint facile — peruenturi *Steuetchius uulgo* quasi facile — peruenturi *suspisor*. 15 error tenendus est *II*  
 17 quibus] omib; *II* 18 [et] *II* 18 animis paene] paene animis *II*

S. L. 3 duces] -if  $A_1$  non cauissent] nuncabissent  $\mu$  non cabissent  $A_1$  non cadissent *II* 5 impar *II* CAP. XII. 8 fiducia  $A'$  9 incessu] incensu *M* 13 accrescit *II* animus] animos  $\alpha'$  14 acceperint] acciperent *M* acciperint  $A'\lambda$  15 ignabia  $A_1$  18 ira et indignatione] iram [et] indignationem *II*



mis paene omnium hominum hoc naturaliter euenit, ut trepident, cum ad conflictum hostium uenerint. Sine dubio autem infirmiores sunt quorum mentes ipse confundit aspectus, sed hoc remedio formido lenitur, si, antequam dimices, frequenter exercitum tuum locis tutioribus ordines, unde et uidere hostem et agnoscere consuescant. Interdum audeant aliquid ex occasione, aut fugent aut interimant inimicos; mores aduersariorum, arma, equos recognoscant. Nam quae ex usu sunt non timentur. XIII. Bonum ducem conuenit nosse magnam partem uictoriae, ipsum locum, in quo dimicandum est, possidere. Elabora ergo, ut conserturus manum primum auxilium captes ex loco, qui tanto utilior iudicatur, quanto superior fuerit occupatus. In subiectos enim uehementius tela descendunt, et maiore impetu obnitentes pars altior pellit. Qui aduerso nititur cliuo, duplex subit cum loco et hoste certamen. Sed illa distantia est, quod, si de pedibus tuis uictoriam speras contra equites hostium, loca aspera inaequalia montuosa debes eligere; si uero de equitibus tuis contra aduersarii pedites uictoriam quaeris, sequi debes paulo quidem editiora loca, sed plana atque patentia, neque siluis neque paludibus impedita. XIII. Ordinaturus aciem tria debet ante prospicere, solem puluerem uentum. Nam sol ante faciem eripit uisum, uentus con-

V. L. 2 ad conflictum ΠDPλG ad ad fictum M ad fictū AV  
2 [hostium] uulgo; post aspectus eam uocem melius inseri existimes

3 infirmiores π firmiores α formidiliores Q formidolores<sup>fi</sup> (alterum et tertium o in l. er. a 2; item si a 2) L 7 aut fugent δP aut fugient Π aut fugiant α ut fugiant L ut fugiant Q 8 inimicorū εP CAP. XIII. 13 captes δP captis Π capias ε 15 obnitentes] optinentes Π obnitentes V 18 [aspera] inaequalibus Π

S. L. 3 confundit] confundet α' 5 dimices] dimicis α'  
7 occanione A<sub>1</sub> (hoccasione G) occasionem Π 9 usu] uso α  
CAP. XIII. 11 possedere A<sub>1</sub> 14 subiectos] subiectus A<sub>1</sub>  
15 descendunt α' 16 cliuo] cliuo A clybo M 16 duplex M  
19 equitibus] equitatibus (aequitatibus M) ε 20 quaeris]  
queperis A<sub>1</sub> 21 editiora M 21 patentiam A' 22 impedita Gλ CAP. XIII. 23 trea A

trarius tua inflectit ac deprimit, hostium adiuuat tela, puluis a fronte congestus oculos implet et claudit. Haec momento eo, quando acies ordinantur, etiam inperiti uitare solent, sed duci prouido cauendum est in futurum, ne post paululum accedente die noceant solis mutata conuersio, ne uentus aduersus hora solita eo pugnante nascatur. Ita ergo constituentur ordines, ut haec post occipitium nostrum sint et, si potest fieri, aduersariorum impetant faciem. Acies dicitur exercitus instructi frons, quae aduersum hostem spectat. Haec in pugna publica, si sapienter disponitur, plurimum iuuat, si inperite, quamuis optimi bellatores sint, mala ordinatione franguntur. Instructionis lex est, ut in primo exercitati et ueteres milites conlocentur, quos antea principes uocabant. In secundo ordine circumdati catafractis, sagittarii et optimi milites cum spiculis uel lanceis ordinentur, quos prius hastatos uocabant. Singuli autem armati in directum ternos pedes inter se occupare consueuerunt, hoc est in mille passibus mille sescenti sexaginta sex pedites ordinantur in longum, ut nec acies interluceat et spatium sit arma tractandi.

V. L. CAP. XIII. 2 cludit Π 3 momento eo] omnia λ  
 3 quando λ quod α' quo Gπ 6 ne Gπ ñ A non M [n.] λ  
 7 constituunt ε 7 nostrorum Π 9 Acies dicitur εP accen-  
 ditur Π acies dirigunt (dirigant D) δ 9 instructus εP uulgo  
 9 quae] quaeque δ 9 aduersus λP 10 expectat Gπ  
 11 iuuat μδ iubat A uiuat G uiuat P inuat Π 11 inperite]  
 inpedite α 12 instructiones] institutionis Π 13 in primo  
 απ' [in] primo Q primi L in primo ordine B 14 [con]locen-  
 tur Π 18 conuerunt μδP 18 In Π in mille passibus mille  
*erasa sunt, in quorum loco substituta leguntur ab antiqua manu* 'in  
 quattuor milia nungentof nonaginta octo pedes' (*inde a gentof*  
*in inferiore margine*) *adscriptumque est* 'mille' *sequenti uersui in*  
*margine exteriori* 18 passibus] passus VPpD 19 sescenti A'  
 sescenti M sescenti λPΠ sescentis δ 20 ut] ita ut Π 20 ne  
 acies P

S. L. 1 adiubat A' 2 claudit] claudet α' 3 inperiti μ  
 imperiti A'Π 5 noceat] nocte μ 6 hora] ora M 8 impe-  
 tant] imperant A<sub>1</sub> 11 inperite Π 16 astatof Π 19 in lon-  
 gum] in locum ε 20 spacium M arma tractandi] armata  
 tractandi M

Inter ordinem autem et ordinem a tergo in latum sex pedes distare uoluerunt, ut haberent pugnantes spatium accedendi atque recedendi; uehementius enim cum saltu cursuque tela mittuntur. In his duobus ordinibus et aetate maturi et usu confidentes et muniti etiam grauioribus armis conlocantur. Hi enim ad uicem muri nec cedere nec sequi aliquando cogendi sunt, ne ordines turbent, sed uenientes aduersarios excipere et stando pugnandoque repellere uel fugare. Tertius ordo disponitur de armaturis uelocissimis, de sagittariis iuuenibus, de bonis iaculatoribus, quos antea ferentarios nominabant. Quartus item ordo construitur de scutatis expeditissimis, de sagittariis iunioribus, de his, qui alacriter uerutis uel mattio-barbulis, quas plumbatas nominant, dimicant, qui dicebantur leuis armatura. Sciendum ergo [est stantibus duobus primis ordinibus tertium et quartum ordinem ad prouocandum cum missilibus et sagittis primo loco semper exire. Qui si hostes in fugam uertere potuerint, ipsi cum equitibus persecuntur. Sin uero ab hostibus pulsifuerint, redeunt ad primam ac secundam aciem et inter ipsos recipiunt se ad loca sua. Prima autem et secunda acies, cum ad spathas et ad pila, ut dicitur, uentum fuerit, totum sustinet bellum. In quinta acie ponebantur interdum carroballistae et manuballistarii fundibulatores fun-

 uulgo 8 binis] bonis ε 8 uel mulis post a. c. ord. (cf. II, 25)  
 Π aut mulis p. aciem [o. o.] V aut mulis p. ac. [c.] ord. DP  
 [uel m. p. a. c.] ordinari ε (ordinant A<sub>2</sub>) aut m. p. a. ordinari  
 praemissis utile est et uocabulo carroballistae ac deleta inlaesae  
 Oudendorpius aut m. p. a. ordinari conuenit uulgo. Totus locus  
 inde ab inlaesae coniectura sanandus uidetur 9 sub ictum Lang  
 sub ictu Π subiectu αL sub iactu QδP sub iactum uulgo  
 9 ballistariis GIV ballistarii (quod defendi potest) α' balista-  
 rii D ballistarum λ balistis P 10 transfiguntur (-fug- Q) λ,  
 quam lectionem uulgata, mutato quod praecedat et in ut, retinuit  
 11 aduersus Π 12 rettulimus A' retulimus μIP retule-  
 rimus δ

CAP. XXV. 16 minime desperandum π sperandum α quid  
 sperandum λ 16 eiusmodi] huiusmodi λ 17 ducis constan-  
 tia tota π ducis consentiat et tam α' duci consentiat et tam G  
 ducis consentiat providentia et tamen λ

S. L. 1 tutius] totius α'(V) 2 inrupissent] inrupisset A'  
 3 spatium MG 11 sint] ſ A<sub>1</sub> 13 postolauerit M  
 14 tam] tam̄ (~ er.) A

riam. Innumerabilibus hoc accidit bellis, et pro superioribus sunt habiti qui minime desperarunt. Nam in simili condicione fortior creditur quem aduersa non frangunt. Prior ergo de caesis hostibus spolia capiat, quod ipsi dicunt, colligat ~~compum~~, prior clamore ac bucinis exultare uideatur. Hac fiducia ita perterrebit inimicos, ita suis fiduciam geminabit, quasi uictor ex omni parte discesserit. Quod si aliquo casu omnis in acie fundatur exercitus, perniciose clades; tamen reparationis multis fortuna non defuit, et medicina quaerenda est. Dux ergo prouidus sub ea cautela publico debet Marte configere, ut, si quid pro uarietate bellorum uel condicionis humanae secus acciderit, absque graui detrimento liberet uictos. Nam si uicini colles fuerint, si post terga munitio, si ceteris abscedentibus fortissimi quique restiterint, se suosque seruabunt. Frequenter iam fusa acies dispersos ac passim sequentes reparatis uiribus interemit. Numquam exultantibus maius solet euenire discrimen, quam cum ex subita ferocia in formidinem commutantur. Sed, quocumque

V. L. 1 pro superioribus] superiores  $\delta P$  5 ac] et  $\Pi P_1$   
 5 clamare ac bucinis exultare  $\delta$  6 [ita]  $\delta P$  6 perterrebit  $\pi \lambda$   
 perterreuit  $\alpha'$  perterruit  $G$  6 ita suis  $\pi$  [i. f.]  $\alpha$  et  $\lambda$  7 geminabit] g. suis  $\lambda$  8 fundantur  $\Pi$  8 perniciosae (pernec-  $P$   
 pernit-  $D$ ) cladis tamen  $\delta P$  9 reparationibus  $\lambda$  10 et med.]  
 haec (hec  $Q$ ) m.  $\lambda$  hac m. *Scruerius* 11 pro uarietate  $A'$   $\pi$  probari et ate  $M$  probarit et ante  $\lambda$  17 interimit  $GP$  17 uiri[bus  
 — exultanti]bus  $\delta$  18 maius] magis  $\delta$  18 ex subita f. i. i.  
 f. commutantur  $\pi'$  exubeta f. i. f. c.  $\alpha'$  exhibita f. i. f. c.  $G$   
 exsuperata f. in formidinem (in fortitudinem  $\lambda$ ) c.  $\lambda P$  *Oudendorpius* subito fer. i. f. commutatur *uulgo* 19 quocumque  
 euentu  $G\pi$  quocumque euentu  $\tilde{M}$  quocumque euentus sunt  $A$   
 quicumque euentus sunt  $\lambda$  quicumque euentus fuerit *uulgo*

S. L. CAP. XXV. 1 accedit  $\alpha'$  1 bellus  $A$  2 desperarunt  $\varepsilon$   
 3 condicione  $\varepsilon$  5 colligat] collegat  $\alpha'$  5 bucinis] -es  $\Pi$   
 6 uideatur] uideantur  $\Pi$  6 hac] ac  $A'$  7 geminabit] geminauit  $\alpha$  7 uictor] dicto  $\Pi$  8 aliquo] alico  $A_1$  12 conditionis  $\varepsilon$   
 13 detrimento  $A$  14 post terga] post erga  $\alpha$  post terga  $\Pi$   
 14 munitio] monitio  $M_1$  14 abscedentibus] abscedentibus  $A_1$   
 15 restiterint] restituerint  $\Pi$  17 sequentes] sequentis  $\alpha'$   
 17 interhemis  $\Pi$



euentu, colligendi sunt superstites, bello erigendi adhortationibus congruis et armorum instauratione refouendi. Tunc noui dilectus, noua quaeruntur auxilia et, quod amplius prodest, captatis occasionibus in ipsos uictores per occultas insidias impetus faciendus ac sic audacia repa-<sup>5</sup> randa. Nec oportunitas desit, cum pro felicitate superbius et incautius mentes efferantur humanae. Si quis hunc casum ultimum putat, cogitet euentus omnium proeliorum inter initia contra illos magis fuisse, quibus uictoria debebatur. 10

[XXVI. REGULAE BELLORUM GENERALES. In omnibus proeliis expeditionis condicio talis est, ut quod tibi prodest aduersarium noceat, quod illum adiuuat tibi semper officiat. Numquam ergo ad illius arbitrium aliquid facere aut dissimulare debemus sed id solum agere,<sup>15</sup> quod nobis utile iudicamus. Contra te enim esse incipis, si imiteris quod fecit ille pro se, et rursus quicquid pro tua parte temptaueris contra illum erit, si uoluerit imitari.

V. L. 2 congruif et] c. fed (in A fed) ε 3 dilectuf uulgo delectuf δP dilecti Π dilectū (~ er. et f a 2 add.) A dilectum (di- in de- corr. G) μG 3 querunt Π 4 captatif] occupatif ε 5 reparandū Π 6 cum] dum Π 6 felic.] fidelitate δ

6 superbiuf ΠPQ supuif A superbiuf MG supbi<sup>uf 2</sup> L superbof δ

CAP. XXVI. 11 In omn. pr. expeditionif c. t. e. π' I. o. p. expeditionib; c. t. e. P I. o. p. et expeditionibuf c. t. e. Schwebelius [I. o. p. e. c. t. e.] ε 13 aduersario δP 13 [ad]iuuat δP 15 aut] uel π 16 incipif Π(?) uulgo incipit εδP Mirus est consensus huius primae regularum generalium particulae cum initio breuis excerpti, quod codex ille celeberrimus scriptorum militarium Graecorum Laurentianus X saeculi folio 131 continet et cui inscriptio est 'Τὰ εἰς ὕστερον ἐκβληθέντα ἀπὸ ἄλλων βιβλίων γνωμικά'. Incipit autem his uerbis 'Τοιαύτη τις ἐστὶν ἐν τοῖς τῶν πολέμων καιροῖς ἢ τοῦ συμφέροντος εὐρεσις. Τὸ σὺν συμφέρον τοῖς πολεμίοις ἐστὶν ἀσύμφορον· καὶ ὁ παρ' ἐκείνοις ἀφέλιμον, τοῦτο τοῖς σοῖς ἐναντιοῦσθαι φιλεῖ· οὐδὲν τοίνυν

S. L. 5 impetof faciendof α' 5 sic] si Αμ 5 audacia] audatiam Αμ 5 reparanda] reparandam μ 7 efferantur] offerantur μ 8 euentof A<sub>1</sub> 8 praeliorum Π

CAP. XXVI. 11 adiubat A<sub>1</sub>

In bello qui plus in agrariis uigilauerit, plus in exercendo milite laborauerit, minus periculum sustinebit.

Numquam miles in acie producendus est, cuius antea experimenta non ceperis.

5 Aut inopia aut superuentibus aut terrore melius est hostem domare quam proelio, in quo amplius solet fortuna potestatis habere quam uirtus.

Nulla consilia meliora sunt nisi illa, quae ignorauerit aduersarius, antequam facias.

10 Occasio in bello amplius solet iuuare quam uirtus.

In sollicitandis suscipiendisque hostibus, si cum fide ueniant, magna fiducia est, quia aduersarium amplius frangunt transfugae quam preempti.

15 Melius est post aciem plura seruare praesidia quam latius militem spargere.

Difficile uincitur qui uere potest de suis et de aduersarii copiis iudicare.

Amplius iuuat uirtus quam multitudo.

V. L. κατὰ τὴν ἐκείνων γνώμην ἢ ποιεῖν ἢ παραιτεῖσθαι συμφέροι ἡμῖν, τοῦτο δὲ μόνον πράττειν, ὅπερ τοῖς ἡμετέροις χρήσιμον εἶναι νομίζομεν· εἰ γὰρ, ἅπερ ἐκεῖνος ὑπὲρ ἑαυτοῦ πράττει, ταῦτα σὺ μιμήσῃ, σαυτὸν ἀδικεῖς, ὥσπερ καὶ τὸ ἀνάπαλιν· εἴ τι σὺ πράττεις συμφέρον σαυτῶ, τοῦτο βλάψει τὸν πολέμιον τὰ σὰ μιμεῖσθαι βουλόμενον. Quae secuntur a nostris regulis prorsus discrepant.

1 [In bello — sustinebit] λ rubris litteris haec sunt exarata pro titulo noui (XXVIII) capituli in α 3 in aciem δP 5 aut inopia] potes inopia λ

aut inopia (correxerit manus satis antiqua) P 5 superuent.] f.

aut inopia P 5 melius [est] ε 6 domare (do<sup>m</sup>are G) εΠ fame domari P (post corr. in fame domari) fame edomari δ

6 solet] potest Π 8 [nulla — uirtus] A<sub>1</sub> sed a manu satis antiqua (1?) in margine addita sunt 8 nisi] quam λ 8 ignorauit Π 9 faciat et occasio δ 10 [Occasio — uirtus] L

13 preempti] preemptio Π 15 spargere π expargere α expurgere λ 16 [uere] λ aduersariis Π 17 iudicare ΠPΔ indicare λ uindicare α uindicare V

S. L. 4 antea] ante ea A<sub>1</sub> 4 ceperis] coeperis A<sub>1</sub> 5 terrore melius] terrorem melius A' 12 fiducia A 15 latius M 18 iubat A<sub>1</sub>Π

Amplius prodest locus saepe quam uirtus.

Paucos uiros fortes natura procreat, bona institutione plures reddit industria.

Exercitus labore proficit, otio consenescit.

Numquam ad certamen publicum produxeris militem, nisi cum eum uideris sperare uictoriam.

Subita conterrent hostes, usitata uiliscunt.

Qui dispersis suis inconsulte sequitur, quam ipse acceperat, aduersario uult dare uictoriam.

Qui frumentum necessariaeque non praeparat, uincitur sine ferro.

Qui multitudine et uirtute praecedit, quadrata dimicet fronte, qui primus est modus.

Qui inparem se iudicat, dextro cornu suo sinistrum cornu pellat inimici, qui secundus est modus. 15

Qui sinistram alam fortissimam habere se nouit, dextram alam hostis inuadat, qui est tertius modus.

Qui habet exercitatissimos milites, in utroque cornu pariter proelium debet incipere, qui quartus est modus.

Qui leuem armaturam optimam regit, utramque alam hostis inuadat ferentariis ante aciem constitutis, qui quintus est modus. 20

V. L. 1 sepe locus *II* 2 institutione pl. reddit industria. e.  $\varepsilon$  institutio pl. reddit industria. e. *II* institutio pl. reddit [ind.] e.  $\delta$  institutio pl. reddit. Industria ex. *P* 6 nisi cum eum  $\varepsilon$  *IIVP* nisi cum *D* nisi eum *Schwebelius* 6 sperare] spectare *II* 7 uiliscunt  $\pi\lambda$  8 dispersos suos  $\lambda P_2$  9 aduersariis *II* 10 frumentum necessariaeque (-quae  $\alpha'$ )  $\alpha$  *II* frumenta necessaria  $\lambda$  frumentum necessariumque com meatum  $\delta P$  *uulgo* 11 ferro] ferro et est primus (primus *Q*) modus  $\lambda$  13 primus] secundus  $\lambda P_2$  14 [Qui inparem — secundus est modus]  $\varepsilon P_2$  16 alam [fortissimam h. s. nouit d. alam] hostis inu. *P*<sub>1</sub> 19 par[iter]  $\delta$  20 optimam] optime *P* 20 regit] gerit  $\lambda$  21 ferentarii  $\lambda$  21 constitutis] constituti sint (sunt *Q*)  $\lambda$

S. L. 5 publicum] publicam *II* 7 usitata *M* 10 praeparat] -ant *Au* 12 praecedit] -et *A*<sub>1</sub> 14 inparem *II* 14 sinistram malam *A* 16 fortissimam] fortissima *A*<sub>1</sub> 17 dextram malam *A* dextram<sup>2</sup> malam *G*<sub>v</sub> 20 leuem armaturam] leue armatura *II* 22 modus] modus *A*

Qui nec numero militum nec uirtute confidit, si depugnaturus est, de dextra sua sinistram alam hostium pulset reliquis suis porrectis in similitudinem ueri, qui sextus est modus.

5 Qui pauciores infirmioresque habere se nouit, septimo modo ex uno latere aut montem aut ciuitatem aut mare aut fluuium aut aliquod debet habere subsidium.

Qui confidit equitatu, aptiora loca quaerat equitibus et rem magis per equites gerat.

10 Qui confidit pedestribus copiis, aptiora loca peditibus quaerat et rem magis per pedites gerat.

Cum explorator hostium latenter oberrat in castris, omnes ad tentoria sua per diem redire iubeantur, et statim deprehenditur explorator.

15 Cum consilium tuum cognoueris aduersariis proditum, dispositionem mutare te conuenit.

Quid fieri debeat, tractato cum multis, quid uero facturus sis, cum paucissimis ac fidelissimis uel potius ipse tecum.

20 Milites timor et poena in sedibus corrigit, in expeditione spes ac praemia faciunt meliores.

V. L. 2 dextera *V* 3 ueri (muri *D*) *O* ueru *Q*<sub>2</sub> *uulgo* 5 paucioresque infirmioresque *Π* 7 aut aliquod *δP* aut aliquid *Π* [a.] aliquod *αQ* † aliquod *L* 7 [subsidium] *δ* 8 equitatu *Gδ* = equitatu (*er.*) *A* equitatum *MQ* equitatu (i in *P* postea *adsutum uidetur*) *ΠP* p equitatu *L* 8 aptiora [loca quaerat — pedestr. copiis aptiora] *Π* 9 rem magis per [equites gerat — peditibus quaer. et rem magis per] *ε* 9 equites] pedites *P* 10 confidet *M* 13 ad tentoria sua] ad centurias suas *Π* 13 iubeantur (-atur *D*) *π* iuebantur *α* iubentur *λ* 13 [et] *λ* 17 tractato *α* tracta *π* tractatur *Q* tractetur *L* 18 [sic] *ε*<sup>1 2</sup> *Π* 18 ac] uel *δP* 18 fidelissimis] fidissimis *π* 20 expeditionibus *P* 21 ac praem.] ad *p̄*lia (prelia *Q*) *λ*

S. L. 2 sinistram malam *A* sinistra malam *G* 2 hostium] hostiam *A*<sub>1</sub> 5 pauciores *A* 8 confidit] confidet *M* 8 quaerat] querit *A*<sub>1</sub> 8 equitibus] aequi-~~---~~titibus *A* 12 explorator] explorator *α*' 13 omnes] om<sup>il</sup> *M* 15 aduersariis] aduersariis *M* 16 dispositionem] dispositiorem *Π* 20 poena] pena *MII* 20 sedibus] sediebus *M* (*Par.* 6503) 20 corrigit *AμII*

Boni duces publico certamine numquam nisi ex occasione aut nimia necessitate confligunt.

Magna dispositio est hostem fame magis urgere quam ferro.

Quo genere depugnaturus sis, nesciant hostes, ne ali-  
quibus remediis obsistere moliantur.]

De equitatu sunt multa praecepta; sed cum haec pars militiae usu exercitii, armorum genere, equorum nobilitate profecerit, ex libris nihil arbitror colligendum, cum praesens doctrina sufficiat.

10

Digesta sunt, imperator inuicte, quae nobilissimi auctores diuersis probata temporibus per experimentorum fidem memoriae prodiderunt, ut ad peritiam sagittandi, quam in serenitate tua Persa miratur, ad equitandi scientiam uel decorem, quae Hunnorum Alanorumque natio  
uelit imitari, si possit, ad currendi uelocitatem, quam Sa-  
racenus Indusque non aequat, ad armaturae exercitatio-  
nem, cuius campidoctores uel pro parte exempla intellexisse gaudent, regula proeliandi, immo uincendi artificium

V. L 3 magis fame II 3 urgere π 7 *Commata* De equitatu — sufficiat et Quo — moliantur *suadente uno cod. II transposuimus. Quod omnes has regulas a Vegetio abiudico, neminem, spero, offendet* 8 exercitii δP exercitui ε exercitio II 12 probato temporibus exercitio per λ 12 [probata] δ 15 quae (que II) π q; α' quam G [q.] λP<sub>1</sub> 15 hunnorum II hunorum (hunorem L) λδP unorum α'<sup>h</sup> unorum G 15 halanorum δ 16 uellet δP 16 si] n̄ A<sub>2</sub> i. l. er. 16 possit δP 16 saracenus IIVP sarracenus (-of L) εD 17 exercitationem] exercitium λ 19 regula] nunc Regula L Nunc regula Q

S. L. 1 occasione A 8 usu] usum ε 9 profecerit] proficerit Aμ profecerint II 10 praesens] p̄hensus (prehensuf G) A<sub>1</sub> 11 digesta] degesta A' 11 nouilissimi A 13 peritiam] peritia α' 15 decorem] dequorem A<sub>1</sub> 17 currendi] curendi A<sub>1</sub> 19 regula] -ā A

iungeretur; quatenus uirtute pariter ac dispositione mirabilis reipublicae tuae et imperatoris officium exhiberes et militis.

V. L. 1 iungeretur]  $\alpha$  iungitur  $\lambda$  iniungeretur  $\Pi$  ingeratur  
 $\delta P$  1 quatinus  $\delta P$  2 exhiberes  $\Pi$  exhibebis  $\varepsilon P$  exhibue-  
 ris  $\delta$  3 militum  $\Pi$

Flauii Vegati (Vegeti  $G$ ) Renati Viri (Virili  $A$ ) Inlustris  
 Liber III Expf. Incipit Liber Quartus Incip̄ (Incipiunt  $G$ ) Ca-  
 pitula  $A'$  Flauii Vegati (Vegeti  $\lambda M_2$ ) Renati Viri Int. (Int.  $Q$ )  
 Lib. III Explicit (Expf.  $L$  Expfc.  $Q$ ) Incip̄ (Incipit  $L$ ) Lib. III  
 Incipiunt (Incipit  $L$ ) Capitula (Capf.  $L$ ) Libri Quarti  $\mu$  Expf.  
 Lib. III (tertius  $V$ ) Incip̄. (Incipit  $V$ ) Lib. III (quartus  $V$ )  
 Flauii Vegetii Renati V. (Vire  $K$ ) Ill. (Inlustris  $V$ ) Epitoma  
 (epytoma  $V$ ) Institutorum Rei Militaris Ad Theodosium Impe-  
 ratorem ([A. Th. I.]  $D$ ) Feliciter  $\delta$  Explicit Liber Tertius. In-  
 cipit Liber Quartus. Item Capitula Libri Quarti  $\Pi$  subscri-  
 ptione caret  $P$ .

S. L. 1 uirtute] uirtutem  $\varepsilon$  1 dispositione] dispositio-  
 nem  $A'$  ( $L$ ) 2 officium  $A$

## L I B E R III.

[Incipiunt capitula libri quarti:

- I. Ciuitates aut natura aut opere debere muniri.
- II. Non directos sed angulosos muros faciendos.
- III. Quemadmodum muris e terra iungatur adgestus.
- 5 V. De fossis faciendis.
- VI. Ne sagittis hostium homines laedantur in muro.
- VII. Quibus modis prouidendum sit, ne famem patiantur obsessi.
- VIII. Quae species praeparandae sint pro defensione murorum.
- 10 VIII. Quid faciendum sit, si neruorum defuerit copia.
- X. Quid faciendum, ne aquae inopiam patiantur obsessi.
- XI. Si sales defuerint.
- XII. Quid faciendum, cum primo impetu uenitur ad muros.
- 15 XIII. Enumeratio machinarum, quibus muri obpugnantur.
- XIII. De ariete, falce, testudine.
- XV. De uineis, de pluteis, de aggere.
- XVI. De musculis.

---

1 Ciuitatē *Q* 3 Quemadmodum *Π* aggestus *Π*  
& terra iungantur egesta *P* & terrae iungantur (*om. cet.*) *D*  
4 catafractis *εΠ* caractis *P*<sub>1</sub> ab igni *P* 6 Ne sagittis hostium  
cedatur *i. m. Π* 7 paciantur *α'* 9 praeparanda *A* 9 sunt *P*  
9 muro *M* 11 defecerit *Π* 12 paciantur *α'* inde a *XI* tituli  
hutus libri desunt in *MQ*<sub>1</sub> 13 Si sales defuerint *δP* Si sales de-  
fuerit *A'* Si sal defuerit *L* Si sales defuerunt *Π* 14 ad mu-  
rum *π'* 15 machinarum *A* 15 obpugnantur *A* 18 musclis *Π*

- XVII. De turribus ambulatoriis.  
 XVIII. Quemadmodum ambulatoria turris possit incendi.  
 XVIII. Quemadmodum altitudo muris addatur.  
 5 XX. Quo pacto suffodiatur terra ut machina nocere nihil  
 possit.  
 XXI. De scalis, sambuca, exostra et tollenone.  
 XXII. De ballistis, onagris, scorpionibus, arcuballistis,  
 fustibalis, fundis, per quae tormenta defenditur  
 murus.  
 10 XXIII. Aduersum arietes prosunt culcitae, laquei, lupi,  
 columnae grauiiores.  
 XXIII. De cuniculis, per quos aut murus defoditur aut ciui-  
 tas penetratur.  
 XXV. Quid facere debeant oppidani, si hostes intruperint  
 15 ciuitatem.  
 XXVI. Quae sit adhibenda cautela, ne hostes furtim occu-  
 pent murum.  
 XXVII. Quando oppidanis inferantur insidiae.  
 XXVIII. Quid faciant obsidentes, ne ab oppidanis patiantur  
 20 insidias.  
 XXVIII. Quo genere tormentorum ciuitas defendatur.  
 XXX. Quemadmodum mensura colligatur ad scalas uel ma-  
 chinas faciendas.  
 XXXI. Praecepta belli naualis  
 25 XXXII. Nomina iudicum, qui praeerant classi.  
 XXXIII. Vnde appellentur Liburnae.  
 XXXIII. Qua diligentia fabricentur Liburnae.  
 XXXV. Qua obseruatione sit caedenda materies.  
 XXXVI. Quo mense caedendae sint trabes.  
 30 XXXVII. De modo Liburnarum.  
 XXXVIII. Nomina uentorum et numerus.

6 tollenone δ tolenone II tollennone A' L (hic corr.) telenone P  
 10 Aduersus II 12 defoditur] deponitur II D 14 oppida  
 nisi AP 14 hostis A 14 irruperint II 17 muri A 18 om.  
 P<sub>1</sub> librarius autem ipse in margine addidit. 18 Quomodo II P<sub>2</sub>  
 19 faciunt II 22 Quemadmodum II item bis postea 24 [XXXI.  
 —XLVI.] sed tres lineas uacuas relictas habet D 25 iudicium II  
 25 classibus P 26 appellantur LP appellantur α 29 sunt  
 LP 30 Liburnorum A' 31 numerus A



XXXVIII. Quibus mensibus tutius nauigetur.

XL. Quemadmodum tempestatum obseruanda sint signa.

XLI. De prognosticis.

LXII. De aestuariis hoc est de rheumate.

XLIII. De locorum notitia siue remigibus.

XLIII. De telis tormentisque muralibus.

XLV. Quemadmodum nauali bello collocentur *insidiae*.

XLVI. Quid fiat cum aperto Marte bellum nauale committitur.]

Agrestem incultamque hominum in initio saeculi  
uitam a communione mutorum animalium uel ferarum  
urbium constitutio prima discreuit. In his nomen rei-  
publicae repperit communis utilitas. Ideo potentissimae  
nationes ac principes consecrati nullam maiorem gloriam  
putauerunt quam aut fundare nouas ciuitates aut ab aliis  
conditas in nomen suum sub quadam amplificatione trans-  
ferre. In quo opere clementia serenitatis tuae obtinet  
palmam. Ab illis enim uel paucae uel singulae, a pietate  
tua innumerabiles urbes ita iugi labore perfectae sunt, ut  
non tam humana manu conditae quam diuino nutu ui-  
deantur enatae. Cunctos imperatores felicitate modera-  
tione castimonia, exemplis indulgentiae, studiorum amore

2 [XL. — XLVI.] *V* 3 pronosticif *A'* 4 reumate *O*  
5 notitiam *II* 5 siue de rem. *P* 6 pilif *II* 8 nabali belli *A*  
8 faciat *II* 8 *Sequenti prologo praemittunt* expliciunt *Capitula Incipit Liber IIII*  $\lambda$  *Incipit prefatio II*  
*V. L. PROL.* 10 [in] initio  $\delta P$  11 mutorum  $\epsilon II$  mortuo-  
rum  $\delta P$  brutorum *uulgo* 13 peperit  $\pi'$  18 illif] aliif  $\delta P$   
21 enatae *III* renatae *P* hanate  $\alpha'$  pacte *G* ornatę  $\lambda$  [en.] *D*  
paratae *uulgo ante Schwebelium* 21 cunctof] cunctof itaque  $\lambda$   
21 imperator  $\delta$  22 castimoniae  $\delta P$  22 exemplif indulgentiae  
*scripsi ex exempli indulgentiae*  $\alpha'$  exemplo indulgentiae *Gl exc.*  
*Cusanum* exemplif indulgentia  $\pi$  indulgentiae exemplo *uulgo*

*S. L.* 10 incultam] incultum *M* 10 feculi *A* 11 commu-  
nitione] communitio *A'* 12 discreuit] describit  $\alpha$  14] ac] a  $\alpha'$   
14 consecrati] consecrant in *II* 17 optinet *A'* 21 felici-  
tate moderatione] felicitatem moderationem  $\alpha'$

praecedis. Regni animique tui bona cernimus et tenemus quae anticipare et superior optauit aetas et extendi in perpetuum uentura desiderat. Quibus rebus tantum uniuerso orbi praestitum gratulamur, quantum uel humana mens petere uel gratia potuit diuina conferre. Sed dispositionibus uestrae clementiae, quantum profecerit murorum elaborata constructio, Roma documentum est, quae salutem ciuium Capitolinae arcis defensione seruauit, ut gloriosius postea totius orbis possideret imperium. Ad complementum igitur operis maiestatis uestrae praecipione suscepti rationes, quibus uel nostrae ciuitates defendendae sint uel hostium subruendae, ex diuersis auctoribus in ordine digeram, nec laboris pigebit, cum omnibus profutura condantur.

15 I. Urbes atque castella aut natura muniuntur aut manu aut utroque, quod firmiter ducitur; natura aut loco-

V. L. 1 et tenemus quae]  $\pi$  etenim usq;  $\alpha$  haec enim  $\lambda$  exc. Cusanum 2 [et]  $\lambda$  exc. Cusan. 3 in perpetuo  $\varepsilon$  4 praestitum] concessum prestitum  $\lambda$  exc. Cusanum 4 gratulamur] gr. donum  $\lambda$  exc. Cusanum gr. honore  $P_2$  (in margine) gr. bonum uulgo 6 dispositionis uestrae [cl.]  $\delta$  6 profecerit  $\Pi G$  proficerit  $A\mu$  profuerit  $\delta P$  7 murorum] mutorū  $\Pi$  7 elaborata  $G\lambda\delta P$

<sup>1 2</sup> *antig.* elaborata  $\alpha'$  elaborata  $\Pi$  7 documentum  $A'\lambda\delta P$  documentu  $M$  documento  $\Pi$  8 capitolina arx  $\Pi$  9 [ut]  $\Pi$  9 possideret  $\pi'$  possiderit  $A\mu P$  possederit  $G$  13 in ordine  $\Pi(?)\lambda$

13 dirigam  $V$  dirigam  $D$  Incipiunt capitula libri quarti ([l. q.]  $D$ )  $\delta$ , in quibus capitulatio et prologus transposita sunt. Post capitula enumerata  $V$  addit Expliciunt Capitula Incipit Liber Quartus Feliciter.

CAP. I. 16 locorum edito (aedeto corr. a 2 in -ito  $L$  aedito  $Q$ ) uel abrupto  $\varepsilon\Pi$  l. editu uel abruptu  $V$  l. editu aut abruptu  $D$  l. editu uel abrupta (-o  $P_2$ )  $P$  loco edito uel abrupto uulgo

S. L. tantum] tanto  $\alpha'$  4 humana mens] humanam mens  $A'$  8 capituline  $\varepsilon$  8 archif  $\varepsilon$  8 seruauit] seruabit  $\alpha'$  9 orbif] urbis  $A$  11 rationef] narrationef  $\Pi$

CAP. I. 15 muniuntur] minuuntur  $M$

rum edito uel abrupto aut circumfuso mari siue paludibus uel fluminibus; manu fossis ac muro. In illo naturali beneficio tutissimo eligentis consilium, in plano quaeritur fundantis industria. Videmus antiquissimas ciuitates ita in campis patentibus constitutas, ut deficiente auxilio loco-<sup>5</sup> cum arte tamen et opere redderentur inuictae.

II. Ambitum muri directum ueteres ducere noluerunt, ne ad ictus arietum esset expositus, sed sinuosis anfractibus, iactis fundamentis, clausere urbes, crebrioresque turres in ipsis angulis reddiderunt propterea, quia, si<sup>10</sup> quis ad murum tali ordinatione constructum uel scalas uel machinas uoluerit admouere, non solum a fronte sed etiam a lateribus et prope a tergo ueluti in sinu circumclusus obprimitur III. Murus autem ut numquam possit elidi, hac ratione perficitur. Interuallo uicenum pedum<sup>15</sup> interposito duo intrinsecus parietes fabricantur. Deinde terra, quae de fossis fuerit egesta, inter illos mittitur uectibusque densatur, ita ut a muro primus paries pro rata inferior, secundus longe minor ducatur, ut de plano ciuitatis ad similitudinem graduum quasi cliuo molli usque<sup>20</sup> ad propugnacula possit ascendi; quia nec murus ullis

V. L. 1 circumfuso <sup>i</sup> II 2 muro. In illo  $\pi'$  murof. In illo  $\alpha'$  murif. In illo  $G$  muro sine illa corr. in muro siue illo  $L_1$  muro. si nullo  $QL_2$  muro. sine ullo  $P$  3 tutissimo  $O$  tutissima Scriuerius tutissimum uulgo 3 consiliū corr. in consilio  $P$  4 fundatif (-taf  $L_1$ )  $A\lambda P$

CAP. II. 7 ducere] duci  $P$  uulgo 8 effet exposituf  $\pi$  effedisposituf  $A$  esse dispositof  $G$  effet disposituf  $M$  effet dispositū  $\lambda$  8 anfr.] ac fractibus  $MQ_1$  10 reddiderunt  $\varepsilon$   $IPV P$  tradiderunt  $D$  ediderunt uulgo 13 uelut  $\pi$  13 in sinū  $P$  13 circumclausuf  $\delta$  CAP. III. 15 elidi] deleri  $\delta$  15 Interuallo uicenum pedum  $V$  Interuallo bicennum pedum  $II$  I. uicenum p.  $D$  Interuallo uicenum plenum pedum  $\alpha'P$  interuallum uicinum pedum  $\mu$  16 interpositum  $\lambda$  16 deinde] sed inde  $\delta$  17 [de]  $\delta$  18 pro rata  $\alpha\delta P$  prolatuf  $II$  pro arte  $\lambda P$  20 cliuo molliufque  $\varepsilon II$  21 ullif  $A'\lambda V$  ulluf  $D$  ulluf  $M$  illif  $IP$

L. S. 1 padulibus  $M$  CAP. II. 9 crebriores] creuiores  $\alpha'$  12 admouere] admonere  $\alpha'$  14 obprimitur  $A_1$  obprimitur (corr. ex opp.)  $G$  opprimitur  $\mu II$  CAP. III. 15 hac] ac  $A_1$  17 mittitur] mittetur  $\varepsilon$  20 cliuo] clibo  $A\mu$

potest arietibus rumpi, quem terra confirmat, et quouis casu destructis lapidibus ea, quae inter parietes densata fuerat, ad muri uicem ingruentibus moles obsistit. III. Cauetur praeterea, ne portae subiectis ignibus exurantur. Propter quod sunt coriis ac ferro tegendae; sed amplius prodest, quod inuenit antiquitas, ut ante portam addatur propugnaculum, in cuius ingressu ponitur cataracta, quae anulis ferreis ac funibus pendet, ut, si hostes intrauerint, demissa eadem extinguantur inclusi. Ita tamen supra portam murus est ordinandus, ut accipiat foramina, per quae de superiore parte effusa aqua subiectum restinguat incendium. V. Fossae autem ante urbes latissimae altissimaeque faciendae sunt, ut nec facile possint coaequari repletique ab obsidentibus et, cum aquis coeperint redundare, ab aduersario cuniculum continuari minime patiantur. Nam duplici modo opus subterraneum peragi, earum altitudine et inundatione, prohibetur. VI. Formidatur, ne multitudo sagittariorum de propugnaculis exterritis defensoribus adpositisque scalis occupet murum. Aduersum quod catafractas uel scuta in ciuitatibus debent habere quam plurimi. Deinde per propugnacula duplicia saga ciliciaque tenduntur impetumque

V. L. 2 destructif  $\pi$  difstructif  $\mu G$  Par. 6503 difstructif  $A$  3 fuerat  $IV$  fuerit  $\varepsilon P$  fuerint  $D$  CAP. III. 4 exurantur] noceantur *Schwebelius*, qui *G cod. eam scripturam praebere confirmat. Sed errauit homo doctus; contra in inscriptione capitis omnes mei in noceantur conspirant* 8 cataracta] cataracte  $\Pi$  catafracta  $\lambda$

11 superiori  $\Pi$  12 restinguat (restingat  $D$ )  $\pi \lambda$  restringat  $M$  retinguat  $A_1$  retinguat  $G$  CAP. V. 13 latissimae altissimaeque  $\pi' P_2$  latissimaeque (-que  $G$ )  $\alpha$  latissimae  $\lambda P_1$  15 redundare  $\delta$  redundare  $\alpha'$  redundari  $GLP$  inundari  $\Pi$  CAP. VI. 20 Aduersus  $\Pi$  21 [per] propugnacula  $\varepsilon P$  22 duplicia] puplica  $\Pi$  22 saga ciliciaque  $\pi$  saga[ci]liciaque  $\varepsilon$  saga cilicina  $P_2$  in *l. er.* 22 impetumq;  $A\pi'$  impetumque  $G$  impetum quae  $M$  quae impetum  $\lambda P$

S. L. 1 potest] post  $A$  3 molef] molif  $A\mu$  CAP. III. 8 anulif] anulif  $\Pi(Q)$  9 demissa] dimissa  $\mu$  10 portam] portem  $A_1$  CAP. V. 16 menime  $A_1$  16 paciantur  $M$  18 prohibetur] perhibetur  $\alpha$  CAP. VI. 19 appofitif  $\Pi$  20 catafractaf] catafractif  $A_1$  (catafracta  $G$ )

excipiunt sagittarum. Neque enim facile transeunt spicula quod cedit ac fluctuat. Inuentum quoque remedium est, ut de ligno crates facerent, quas metallas uocauerunt, lapidibusque complerent, ea arte inter bina propugnacula constitutas, ut, si per scalas ascendisset hostis et partem aliquam ipsius contigisset, supra caput suum uergeret saxa.

VII. Multa defensionum obpugnationumque sunt genera, quae locis competentibus inseremus. Nunc sciendum est obsidendi duas esse species, unam, cum aduersarius oportunitis locis praesidiis ordinatis \*\*\*\*\* uel aqua prohibet inclusos uel deditionem sperat a fame, quando omnes prohibuerit commeatus. Hoc enim consilio ipse otiosus ac tutus fatigat inimicum. Ad quos casus possessores, quamuis leui suspitione pulsati, omnem alimoniam uictus intra muros debent studiosissime collocare, ut ipsis exuberet substantia, aduersarios inopia cogat abscedere. Non solum autem porcinum sed et omne animalium ge-

V. L. 2 [quoque] *M*, addit. a 2 in margine 3 metallas  $\epsilon$  *IVP* mactalas *D* metallas uulgo atque in lexicis, quae solum nostrum locum laudant, matellal Oudendorpius et *R. M.* (qui sermone Germanico anno 1800 *Vegetium interpretatus est*) 5 constitutas  $\delta P_2$  constitutas  $\epsilon P$  constituta *II* 5 per] super  $\epsilon$  ( $p Q_1$ ) 7 uergeret]  $\alpha QIP$  uergerent  $L_1$  uulgo uerteret (sic!) *V* uerteret *D*

CAP. VII. 10 species esse  $\pi'$  10 una  $\pi'$  11 continuis infultibus impugnat obsessos, alteram cum supplet lacunam Parisinus 7232 (XIV saec.); quod supplementum uulgata adripuit 12 [inclusos uel d. — hoc e. c. ipse otiosus] *II* inclusos  $\delta$  12 deditionem sperat a corr. ex deditionem sperata *G* deditione sperata  $\alpha'$  deditionem sperata  $\lambda \delta$  dedicatione sperata *P* 15 leui suspitione pulsati omnem  $\pi'$  leui suspitionem pulsatione  $\alpha'$  leui suspitionis pulsationem *G* leui suspitio sit pulsationis  $\lambda$  leui suspitione (one a 2 in l. er.) pulsatione (-one a 2 i. l. er.) *P* 17 exsuperet *II* 17 substantiam *II* 18 sed [et]  $\pi'$

S. L. CAP. VII. 8 obpugnationum supra lineam intrusum *M* oppugnationum *II* 9 compet. *II* 9 inferemus] syllaba *mu* in loco eraso *M* 13 prohibuerit] prohibuerint  $\alpha$  13 commeatos  $\alpha'$  14 ociosus  $\mu$  14 fatigat] fastigat *A* 17 abscedere] abscondere  $A_1$  18 porcinum] portinum  $A_1$

nus, quod inclusum seruari non potest, deputari oportet ad laridum, ut adminiculo carnis frumenta sufficiant. Aues autem cohortales et sine inpensa in ciuitatibus nutriuntur et propter aegrotantes sunt necessariae. Pabula equis praecipue congerenda et quae adportari nequiverint exurenda. Vini aceti ceterarumque frugum vel pomorum congerendae sunt copiae nihilque, quod usui proficiat, hostibus relinquendum. Nam, ut hortorum cura in uirdiariis domorum uel areis exerceatur, utilitatis ac uoluptatis ratio persuadet. Parum autem proficit plurimum collegisse, nisi ab exordio dimensione salubri per idoneos erogatio temperetur. Numquam periclitati sunt fame qui frugalitatem inter copias seruare coeperant. In bellis quoque aetas ac sexus propter necessitatem uictus portis frequenter exclusa est, ne penuria obprimeret armatos, a quibus moenia seruabantur. VIII. Bitumen sulphur picem liquidam oleum, quod incendiarium uocant, ad exurendas hostium machinas conuenit praeparari; ad arma facienda ferrum utriusque temperaturae et carbones seruantur in conditis; ligna quoque hastilibus sagittisque necessaria reponuntur. Saxa rotunda de fluuiis, quia pro soliditate grauiora sunt et aptiora mittentibus diligentissime colliguntur; ex quibus muri replentur et turre;

V. L. 1 potest] poterit  $\delta$  2 laridū  $\epsilon$ IPP laritū V lardū D  
 4 pabula equis  $\pi$ ' pabulae quis  $\alpha'$  pabula quis G pabulaque sunt  
 $\lambda P_1$  p. equis sunt  $P_2$  6 [ac.]  $\delta$  7 usui  $\epsilon P$  [u.] II de suis V  
 suis D 9 uirdiariis  $\alpha$  uiridariis II uiridiariis  $\delta P$  (in hoc una  
 cum hortorum cura in loco eraso) uirdiariis  $\lambda$  9 ac] aut  $\delta P$   
 10 uoluntatis D [ac uoluptatis] R. M. 11 per idoneos] p.  
 i. procuratores uulgo 14 copias seruare GIPP copias [seruare]  
 $\delta$  copia f.  $\alpha'$  copiam f.  $\lambda$  Par. 6503 13 coeperunt  $\pi\lambda$  15 portis  
 $\pi$  fortis  $\mu$  fortis G CAP. VIII. 18 praeparare  $\lambda$   
 23 replentur II

S. L. 1 seruari] seruare  $A_1$  2 adminiculo] aminiculo II  
 3 inpensa II 5 congerenda] conierenda II 5 appor-  
 tari II 12 periclitati (-tate G<sub>1</sub>)  $\alpha$  14 sextus II  
 15 obprimeret  $\mu$  II CAP. VIII. 16 sulphur  $A_1$  sulfur II  
 17 incendiarium] incendiarum  $\alpha$  21 necessaria] neces-  
 sariae  $\alpha$

minima ad fundas siue fustibalos uel manibus iacienda, maiora per onagros diriguntur, maxima uero pondere formaque uolubili in propugnaculis digeruntur, ut demissa per praeceps non solum hostes obruant subeuntes sed etiam machinamenta confringant. Rotae quoque de lignis uiridibus ingentissimae fabricantur, uel intercisi ex ualidissimis arboribus cylindri, quas taleas uocant, ut sint uolubiles, laeuigantur, quae per pronum labentia subito impetu bellatores solent [equos quoque] deterere. Trabes quoque et tabulata uel diuersae magnitudinis clauos ferreos esse oportet in promptu. Nam obpugnantium machinis per alias machinas consueuit obsisti, praecipue cum subitis operibus addenda sit muris uel propugnaculis altitudo, ne aduersariorum mobiles turres superemineant et capiant ciuitatem. VIII. Neruorum quoque copiam summo studio expedit colligi, quia onagri uel ballistae ceteraque tormenta nisi funibus neruinis intenta nihil prosunt. Equorum tamen saetae de caudis ac iubis ad

V. L. 1 ad fundas siue fustibalos  $\pi$ ' $\lambda$  ad funda siue fustibalos  $\alpha'$  funda siue fustibalis  $G$  fundis siue fustibalis  $P$  2 diriguntur [Maxima — digeruntur]  $\varepsilon$   $III$  extant in  $DP$ , retinet uulgata 3 digeruntur  $P$  diriguntur  $D$  3 demissa]  $\delta$  dimissa  $\varepsilon$   $III$  4 [hostes] uulgo 4 obruantur  $V$  5 confringant  $II$  6 [uel]  $II$  6 intercisi  $\pi$  intercisi  $MGQ$  intertisi (-cesis 2)  $L$  intertisi  $A$  7 cylindri  $\alpha$  cilindri  $\delta P$  chilindris  $\lambda$  cycli  $II$  7 taleas] galeas  $\delta$  8 laeuigantur] eligantur  $II$  9 solent [equos quoque] deterere *Lang* solent equos quoque deterere  $\alpha'$  f. equos quoque deterere  $G$  f. eosque deterere  $II$  f. quoque deterere (detreri  $D$ )  $\delta$  f. equosque deterere  $P$  sternunt equos  $\tilde{q}$ . (punctum et ~ er. a 2) deterere (deterrent<sub>2</sub>)  $L$  sternunt solent equos quoque deterere (deterre<sup>ere</sup> 2)  $Q$  sternunt equosque solent deterere uulgo 10 tabulata] tabulas  $\pi'$  11 [oportet]  $II$  11 i. promptu  $\lambda$  12 obsisti] obesse  $II$  15 [quoque]  $\delta$  CAP. VIII. 18 saetae] setae  $G\pi'$  sitae  $\mu$  sitae  $A$  setae ex site corr.  $P$  18 caudis ac iubis] c.  $\equiv$  et  $\equiv$  iubis  $G$

S. L. 8 leuicantur  $M$  8 labentia] lauentia  $\alpha'$  9 traues  $M$  10 diuersae magnitudinis] diuersas magnitudines  $II$  10 clauos] clauos  $A$  11 oppugnantium  $\mu$  oppugnandum  $II$  CAP. VIII. 16 onagri  $A$  16 ballistae  $\mu$   $II$  17 ceteraque  $A_1$  18 ac iubis] adiubis  $A_1$  adiuuis  $M$

ballistas utiles adseruntur. Indubitatum uero est crines  
feminarum in eiusmodi tormentis non minorem habere  
uirtutem Romanae necessitatis experimento. Nam in  
obsidione Capitoli corruptis iugi ac longa fatigatione tor-  
5 mentis, cum neruorum copia defecisset, matronae absci-  
sos crines uiris suis obtulere pugnantibus, reparatisque  
machinis aduersariorum impetum reppulerunt. Malue-  
runt enim pudicissimae feminae deformato ad tempus  
capite libere uiuere cum maritis quam hostibus integro  
10 decore seruire. Cornua quoque uel cruda coria proficit  
colligi ad catafractas texendas aliaque machinamenta siue  
munimina.

X. Magna urbis utilitas est, cum perennes fontes  
murus includit. Quod si natura non praestat, cuiuslibet  
15 altitudinis effodiendi sunt putei aquarumque haustus funi-  
bus extrahendi. Sed interdum sicciora sunt loca, quae  
montibus sunt saxisque munita; in quibus superposita  
castella extra murum inferiores reperiunt fontium uenas  
ac de propugnaculis uel turribus destinatis protegunt telis,  
20 ut aquatoribus liber praestetur accessus. Quod si ultra  
ictum teli, in cliuo tamen ciuitatis subiecta sit uena, ca-  
stellum paruulum, quem burgum uocant, inter ciuitatem

---

V. L. 1 afferentur  $\Pi$  1 indubitanter  $\lambda$  1 est  $\pi'$  et  $\varepsilon$   
[e.]  $P$  3 r. necessitatif experimento  $\alpha$  r. nec. experimento  
cognoscitur  $\lambda P$  r. necessitatif [e.]  $\Pi$  r. necessitatif expedimento  
 $V$  romana necessitatif experimento  $D$  10 profuit  $\pi'$  11 catafra-  
cta  $\Pi$  11 texendaf  $\delta P$  texenda  $\Pi$  tegendaf  $\varepsilon$  12 munimenta  $\delta$   
CAP. X. 13 [est]  $\Pi$  14 murif  $A$  14 praestet  $G_1$  16 ficciora  
(ex-recorr.  $A$ )  $A' \Pi V'$  fictiora  $D$  fiociora  $M$  si alciora  $\lambda$  si altiora  $P$   
*Schwebelius* — In distinctione huius orationis membri (ficciora —  
uenaf) editionem Coloniensem (1524) secuti sumus; uulgo post ca-  
stella colon ponitur 18 extra m. i.] ad extrema muri inferiorif  $\delta$   
18 font.] montium  $\delta P$  21 iactū  $P$  22 quem] quod  $\lambda \pi' P_2$

---

S. L. 1 balistaf  $A \mu \Pi$  (balistaf  $G$ ) 4 obsidione] obsiditione  
 $A'$  4 capituli  $A_1$  capitolif  $M$  5 abscisof] absciso  $\Pi$   
6 nirif] uiref  $A_1$  10 cruda] crura  $\alpha'$   
CAP. X. 13 perennef] perhennif  $\Pi$  15 haustuf] aufstuf  
 $A \mu$  18 repperiunt  $\varepsilon$  19 protegunt] prodegunt  $M$   
21 cliuo] clibo  $\alpha'$  22 paruolum  $\alpha$  22 burgum] uurgum  $\Pi$



et fontem conuenit fabricari ibique ballistas sagittariosque constitui, ut aqua defendatur ab hostibus. Praeterea in omnibus publicis aedificiis multisque priuatis cisternae sunt diligentissime substruendae, ut receptacula aquis pluuiialibus, quae de tectis effluunt, praestent. Difficile sitis uicit, qui quamuis exigua aqua ad potum tamen tantum in obsidione sunt usi. XI. Si maritima sit ciuitas et sales defuerint, liquor ex mari sumptus per alueos aliaque patula uasa diffunditur, qui calore solis duratur in salem. Quod si hostis ab unda prohibeat, nam hoc accidit, harenas, quas excitatum uento mare superfuderat, aliquando colligunt et dulci aqua eluunt, quae sole siccata nihilominus mutatur in sales.

XII. Violenta autem impugnatio quando castellis uel ciuitatibus praeparatur, mutuo utrimque periculo sed maiore obpugnantium sanguine exercentur luctuosa certamina. Illi enim, qui muros inuadere cupiunt, terrifico apparatu expositis copiis in spem deditiois formidinem geminant tubarum strepitu hominumque permixto; tunc,

V. L. 1 sagittario[que]  $\Pi$  2 constitui ut  $G\pi$  constituat  $A$  constituat ut  $\mu$  4 substruendae  $\Pi ML$  subtr<sup>(2?)</sup>uendae  $Q$  subtrahendae  $A'$  substituendae  $\delta P$  5 sitif uicit  $\alpha$  sitif uincit eof  $\lambda$  enim eof sitif uincit  $\Pi$  enim eof quif uicit  $\delta P$  6 qui] quia  $A$  6 exiguam aquam  $\varepsilon$  6 tamen tantum  $\alpha \Pi VP$  tamen hac  $\lambda$  tamen  $D$  tantum *uulgo* CAP. XI. 7 sales defuerint  $G\pi$  sales defuerint  $A$  sales defuerint  $M$  sales defuerint  $\lambda$  8 aliaque]  $\varepsilon$  atque alia  $\pi'$  atque  $P$  9 qui  $\pi$  quia  $\varepsilon$  qui  $A$  *uulgo* 10 hostes — prohibeant  $\Pi$  10 accidit] saepe accidit  $\lambda$  11 excitatum uento  $\Pi$  excitato uento  $Q$  exercitato uento  $\lambda$  exagitatum uentif  $\delta P$  12 colligant  $\lambda$  12 eluunt] pfundunt  $P$  pfundant  $\lambda$  13 sales  $GMIVP$  Par. 6503 sales (*ita ut ipse correxisse uideatur*)  $A$  sales  $\lambda D$

CAP. XII. 15 utrique  $\pi'$  16 exerceantur  $\delta$  17 [enim]  $\Pi$  18 in [spem] sine spe  $\delta P$  19 tubarum] turbarum  $\Pi$  19 hominumque] agminumque  $\Pi$  19 tunc quia timor magis frangit infue-

S. L. 2 defendatur] fendatur  $A_1$  CAP. XI. 8 alueof] albeof  $\alpha$  11 superfuderat] superfunderat  $\alpha$  12 dulci aqua] dulcia aqua  $M$  dultia aqua  $A$  13 nihilominus  $\alpha$

CAP. XII. 14 impugnatio  $\Pi$  16 oppugnantium  $M\Pi$  16 sanguine] sanguinem  $\mu$  17 illi en.] ille en.  $A_1$  18 deditiois  $\mu$  19 strepitum  $\alpha'$

quia timor magis frangit insuetos, primo impetu stupen-  
 tibus oppidanis, si discriminum experimenta non norunt,  
 admotis scalis inuaditur ciuitas. Quod si a fidentibus  
 siue militaribus uiris repellatur prima congressio, statim  
 5 clausis crescit audacia, et iam non terrore sed uiribus et  
 arte confligitur. XIII. Admouentur enim testudines arie-  
 tes falces uineae plutei musculi turres; de quibus sin-  
 gulis, qualiter fabricentur, quo etiam pacto proelientur  
 uel repellantur, edisseram. XIII. De materia ac tabulatis  
 10 testudo contexitur, quae, ne exuratur incendio, coriis uel  
 ciliciis centonibusque uestitur. Haec intrinsecus accipit  
 trabem, quae aut adunco praefigitur ferro et falx uocatur  
 ab eo, quod incurua est, ut de muro extrahat lapides, aut  
 certe caput ipsius uestitur ferro et appellatur aries, uel  
 15 quod habet durissimam frontem, quae subruit muros, uel  
 quod more arietum retrocedit, ut cum impetu uehemen-  
 tius feriat. Testudo autem a similitudine uerae testudinis  
 uocabulum sumpsit, quia, sicut illa modo reducit modo  
 proserit caput, ita machinamentum interdum reducit tra-  
 20 bem interdum exerit, ut fortius caedat.

V. L. -tos  $\varepsilon P$  t. q. t. magnus fr. inf.  $\Pi$  tunc quia timor eã in-  
 fuetuf  $V$  tunc timor eã agit infuetuf  $D$  Ne codici  $\Pi$  credamus,  
 prohibemur loco Macrobiano (Sat. VII, 13. 10 Ian.) ubi, ut nostro,  
 magis pro potissimum ponitur. Ceterum num interpolatoris manus  
 a toto nostro loco prorsus aliena fuerit dubitem 2 norunt  $M$   
 3 admotif  $G\mu\delta P$  admoritif  $A$  appositif  $\Pi$  3 [a]  $\delta$   
 4 uirif  $\varepsilon\delta$  uirib;  $P$  eminuf  $\Pi$  5 clausif] oppidanif  $\Pi$   
 CAP. XIII. 8 plientur  $\mu\delta(V?)P$  pligentur  $A'$  proeliantur  $\Pi$   
 9 edifferam] enarremuf  $\delta P$  9 materia] materie  $\Pi$  materiae  $G$   
 13 incurua (-ba  $A$ )  $A'P$  incuruata  $\mu$  incuruatum  $\Pi$  curuatũ  $\delta$   
 14 caput ipf.] caput ei  $V$  15 quae] qua  $\Pi$  15 subruit  $\delta P$  su-  
 bruet  $\alpha\Pi$  subruat  $\lambda$  19 proferit  $\alpha$  proferit  $\Pi$  profert  $\lambda\delta P$   
 19 machinamentum hoc interdum  $\Pi$  20 exerit  $G\pi$  exeret  $A'$   
 effert  $\lambda$

S. L. 2 oppidanif  $A'$  4 repellatur  $A$  5 audacia  $A\mu$   
 6 confligitur] confrigitur  $A$  CAP. XIII. 6 admouentur] am-  
 mou.  $\Pi$  7 plutei] putei  $A$  (pultei  $G$ ) 8 qualiter] pariter  $\Pi$   
 CAP. XIII. 9 ac tabulatif] ac tauolatas  $A_1$  (apte dolata  $A_2$ )  
 tauolatif  $M$  10 contexitur] conteffitur  $\alpha'$  10 ne] nec  $\alpha'$   
 12 trauem  $M$  12 falx  $\alpha$  16 retrocaedit  $A_1$  16 im-  
 petu] impetum  $M$  19 trauem  $\alpha'$

XV. Vineas dixerunt ueteres, quas nunc militari barbaricoque usu causias uocant. E lignis leuioribus machina colligatur, lata pedibus octo, alta pedibus septem, longa pedibus sedecim. Huius tectum munitione duplici tabulatis cratibusque contextitur. Latera quoque uimine<sup>5</sup> saepiuntur, ne saxorum telorumque impetu penetrentur. Extrinsecus autem, ne inmisso concremetur incendio, crudis ac recentibus coriis uel centonibus operitur. Istae, cum plures factae fuerint, iunguntur in ordinem, sub quibus obsidentes tuti ad subruenda murorum penetrant<sup>10</sup> fundamenta. Plutei dicuntur qui ad similitudinem absidis contextuntur e uimine et ciliciis uel coriis proteguntur ternisque rotulis, quarum una in medio, duae in capitibus apponuntur, in quacumque parte uolueris admouentur more carpenti; quos obsidentes applicant muris, eorum<sup>15</sup> que munitione protecti sagittis siue fundis uel missilibus defensores omnes de propugnaculis ciuitatis exturbant, ut scalis ascendendi facilior praestetur occasio. Agger autem ex terra lignisque extollitur contra murum, de quo tela iactantur. 20

V. L. CAP. XV. 1 barbaricoque (-quae α') α barbari quoque π barbario (barbaro Q) quoque λ 2 caufial uulgo caufial δ cautial P cautiuf Π cautib; (cautibus G) ε cattof Ed. Bonon. Lipsius Pol. I, 7 Versio Germanica 1511; Vincentius Bello-uacensis hunc locum exscripsit, 'uineas dixerunt ueteres, quas nunc cautibulas alias chartof (cattof?) uocant' Oudendorpius aut uulgatam retentam aut cautibulas scriptum uult; Schwebelius cattof probare uidetur 3 lata ped. octo alta A'π lata [p. o. a.] μ alta ped. o. lata uulgo 5 tabulis δP Scriuerius 5 uimine] ΠVPλ uimine MG Par. 6503 uinea A<sub>1</sub> uimina D uinee A<sub>2</sub> 7 concremetur αΠ concrementur VP cremetur λ cremen-tur D 9 i. ordine λ 10 obfidentef] subfidentef δP 10 [tuti] Π 11 absidif] sudif Π 12 [e] uimine Π 14 ap-ponuntur αV adponuntur D opponuntur (obp. P) λΠP 14 in] et in Π 14 quacumque parte απ' quacumque partem λ quamcumque partem P 15 quof] quod λ M<sub>2</sub> in margine [q.] M<sub>1</sub> 15 subfidentef δP

S. L. CAP. XV. 2 uocant] uocat A' uocaNT M 7 immisso Π 10 tuti] toti α' 11 plutei] putei α' 12 coriif] corif M 14 admouentur] ammouentur Π 17 ciuitatif] ciuitatef α 18 agger] ager A<sub>1</sub>

XVI. Musculos dicunt minores machinas, quibus protecti bellatores sudatum auferunt ciuitatis; fossatum etiam adportatis lapidibus lignis ac terra non solum complent sed etiam solidant, ut turres ambulatoriae sine impedimento iungantur ad murum. Vocantur autem a marinis beluis musculi; nam quemadmodum illi, cum minores sint, tamen ballenis auxilium adminiculumque iugiter exhibent, ita istae machinae breuiores [uel] deputatae turribus magnis aduentu illarum parant uiam itineraque praemuniunt. XVII. Turres autem dicuntur machinamenta ad aedificiorum speciem ex trabibus tabulatisque compacta et, ne tantum opus hostili concremetur incendio, diligentissime ex crudis coriis uel centonibus communita, quibus pro modo altitudinis additur latitudo. Nam interdum tricenos pedes per quadrum interdum quadragenos uel quinquagenos latae sunt. Proceritas autem ipsarum tanta fit, ut non solum muros sed etiam turres lapideas altitudine superent. His plures rotae mechanica arte subduntur, quarum lapsu uolubili magnitudo tam ampla moueatur. Praesens autem periculum ciuitatis est, si ad murum fuerit turris admota. Plures enim accipit scalas et diuerso genere conatur inrumpere. Nam in inferioribus habet arietem, cuius impetu destruit muros, circa mediam uero partem

V. L. CAP. XVI. 2 sudatū auferunt  $\epsilon\Pi$  sudatū auferunt  $P_2$  in l. er. si lutū offuent  $V$  si lutū obfuerit  $D$  et sine dubio  $P_1$  fudetum auferunt *Lipsius* (*R. Mil.* V, 5) 2 ciuitate[;]  $\Pi$  5 murum] muros  $\pi$  7 ballenis  $O$  balaenis *grammatici docent* 8 [uel] deputatae *uulgo* uel dep.  $\epsilon\Pi P_2$  ualde put.  $\delta$  ualde dep.  $P$  de uelut *cogitauit Oudendorpius* 9 aduentu  $A^{\pi}$  aduentū  $P$  aduentui  $\mu$  CAP. XVII. 11 [ex] *uulgo* 13 communita quibus  $\pi\lambda$  communit a quibus  $\alpha$  communitur quibus  $A_2$  *Stewechius* 15 uel] ac  $\Pi$  17 [altitudine]  $\Pi$  18 his plures rotae] his autem crates  $\Pi$  18 quarum] quas  $\Pi$  19 uolubili] immobili  $\Pi$  19 moueatur] moratur  $\Pi$

S. L. CAP. XVI. 3 apportatis  $\Pi$  3 complent  $\Pi$  4 ambulatoriae  $A\mu$  4 impedimento  $\Pi$  5 iungantur] iugantur  $A_1$  6 beluis] ueluis  $\Pi$  6 quemadmodum  $\Pi$  7 exhibent  $\Pi$  9 parant] parat  $\Pi$  CAP. XVII. 10 turre] turris  $\alpha'$  11 traibus  $A\mu$  11 compacta  $\Pi$  15 tricenos] trecenos  $\epsilon$  18 rothae  $A_1$  22 irrumpere  $\Pi$  23 destruit] destruet  $\epsilon$  23 mediam] media  $\alpha'$  23 partem] parte  $M$

accipit pontem, factum de duabus trabibus saeptumque de uimine, quem subito prolatum inter turrem murumque constituunt et per eum egrediētes de machina bellatores in ciuitatem transeunt et occupant muros. In superioribus autem turris illius partibus contati et sagittarii collocantur, qui defensores urbis ex alto contis missilibus saxisque prosternant. Quo facto ciuitas capitur sine mora. Quid enim auxilii superest, cum hi, qui de murorum altitudine sperabant, repente supra se aspiciant altiorem hostium murum? XVIII. Huic tam manifesto discrimini multis occurritur modis. Primum, si confidentia uel uirtus est militaris, eruptione facta globus egreditur armatorum et ui hostibus pulsus machinamentum illud ingens direptis coriis de lignis exurit. Quod si oppidani exire non audeant, ad maiores ballistas malleolos uel falaricas cum incendio destinant, ut perruptis coriis uel centonibus intrinsecus flamma condatur. Malleoli uelut sagittae sunt, et, ubi adhaeserint, quia ardentis ueniunt, uniuersa conflagrant. Falarica autem ad modum hastae ualido praefigitur ferro; inter tubum etiam et hastile

V. L. 2 turrem  $\epsilon$  II turrim (rurim V)  $\delta P$  3 egredientes] ingredientes  $\epsilon$  (cf. IV, 19) 6 missilibus  $\mu P$  7 Quo] Eo  $\delta$   
